TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

# FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0857**

*Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.*

Collocazione:

**Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine**
*https://www.techeudine.it/fondo-principale*
*https://www.sbhu.it/*

Privilegi della Città di Udine

N. 857

40

Documenti in legal forma comprobanti.

Primo. Udine è Capo, e Metropoli della Provincia del Friuli. Pag: 51: 56: 74: 76: 77: 78: 79: 81: 83: 90: 91: 94: 6

Secondo. La Ser:ma Republica di Venezia ha dichiarato la sua Nobiltà in grado di uguaglianza alla Nobiltà de Castellani della Patria del Friuli, e con quelli delle altre Città di Terra Ferma.

Terzo. Prima della sua dedizione al veneto Dominio si governava in Republica, coniava monete, armava eserciti, disponeva de Feudi trattava Leghe, e Confederazioni con gran Potentati, aveva la sopraintendenza di tutta la Provincia, dava Salvicondotti agli Ambasciatori de Prencipi, & alli Prencipi stessi; i Rè, Republiche, Prencipi sovrani, Duchi, Magnati, la Ser:ma Republica di Venezia, e li stessi Sommi Pontefici nelle loro lettere davano alli Deputati, e Consiglio li Titoli di Nobili, egregij, amori Domini, carissimi amici nostri. Pag. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. 11: 12: 13. 14. 15. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 24. 25. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 99.

Quarto. Dopo la sua dedizione ha conservato i proprij Statuti, e le sue antiche giurisdizioni confermati, & approvati dalla Ser:ma Republica. 37. 62.

Quinto. Possiede un Feudo retto, e legale sopra alcune Ville della Patria con giurisdizione di misto, e mero impero, la qual giurisdizione esercita col mezzo di quattro suoi Nobili chiamati Assanti. 54. 105.

Sesto. Il suo Consiglio non fu sin dalla sua origine misto di Nobili, e Popolari, nè questi al presente sono della professione più vile, nè vi entrano in quello i Degani de Borghi. 52: 97. 100. 101.

Settimo. I Nobili suoi sono separati dalla Plebe Pag. 26. 34. 35. 36. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 46. 47. 48. 49. 50. 53. 55. 57: 58. 59. 60. 61.

61. 62. 63. 64. 65. 67. 72. 73. 84. 85. 86. 88. 92. 98.

Ottavo. La Nobiltà de' suoi Cittadini è stata dalla Religione di Malta ammessa per generosa, e capace dell'Abito suo Militare 70. 75.

Nono. Non vi è Famiglia de' Castellani Feudatarij della Patria del Friuli, la quale non sia ascritta alla sua Nobiltà, e che questi non siano Membri del suo Consiglio. 19. 56. 63. 95.

Decimo. Udine è Città illustre, e celebre, e conseguentemente sua Nobiltà generosa. Pag. 1. 9. 48. 56. 94.

Undecimo. I Nobili di Cividal del Friuli, se ben il loro Consiglio è misto di Nobili, e Popolari, e vi è promiscuità delle Cariche, son stati ammessi come Nobili di detta Città per ne illustre, e celebre alla Croce di Malta P. 102. 103. 104.

Duodecimo. Udine sia il suo Publico Rappresentante. Pag. 68. 71. 81. 87. 96.

Volendo dunque il Pretendente Conte Filippo Florio Nobile Udinese provare la sua Nobiltà di nome, et armi, et antica di ducento anni, non vegli può in vigor delli Statuti della Religione negar la destinazione delli due Cavalieri Commissarij sopra luogo.

Il Consiglio della Città di Bergamo non è men misto di Nobili, e Popolari, che quello della Città di Udine, essendovi però in Bergamo, come in lettere di questo Sig.r Ricevitor di Malta al Sig.r Ambasciator della Religione in Roma, la Scola della Carità di soli Nobili Bergamaschi, vengono però questi ammessi alle prove della Nobiltà generosa, essendovi parimente nella Città di Udine la Scola, ò sia Congregazione della Bona morte di soli Nobili Udinesi cento, e ventiquattro, non vi si scorge ragion di sorta, perche questi al=

trano

fiano ad esser esclusi dalle prove della Nobiltà genero=
sa. Pag: 98.

Martinus Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Corfiensis, pro Reverendissimo in Christo Patre, et Domino Ludovico Divina miseratione tituli Sancti Laurentii in Damaso Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Praesbytero Cardinali Sanctæ Sedis Aquilegensis Ecclesiæ, ac Diœcesis Patriarcha, Camerario Apostolico, ac Sedis Apostolicæ Legato, et in eadem Diœcesi, et Provincia Vicarius Generalis. Cum in præsentiarum de eiusdem Reverendissimi Domini Patris mandato, et pro [illegible] iniuncto nobis officio teneremur, intendamus Diœcesim, et Provinciam Aquilegensem in formas iuris tam in Capitibus, quam in membris, quæ reformanda, visitanda, et corrigenda erunt, visitare, corrigere, et reformare. Et cum iam ad Dei, eiusque Matris Virginis Gloriosæ laudem, gloriam, et honorem, pacem, quietemque Sacram matrem Ecclesiam Aquilegensem; nec non Venerandos Vicedecanum, Canonicos, Capitulum, et alios Clericos inferiores more pii Patris visitaverimus; et similiter venerandos Dominos Decanos, Canonicos, et Clericos quoscunque Ecclesiarum Collegiatarum Beatæ Mariæ Civitatensis, et aliarum prædictæ Diœcesis, ibique

correximus, et quia corrigenda, et reformanda erant, reformamus; et videntes, et comparientes in Civitate Utini pro Excelso Ducali Dominio Venetiarum Magnificum, ac Generosum Virum Dnum Matheum Victuri Honorandum Locumtenentem Patriae Forijulii, ac notabiles, et Egregios Nobiles, ac Cives fere innumerabiles, Communitatem ipsius Civitatis magnificam, et magnitudine loci illius emicantem; et in huiusmodi visitatione nra dispensationis omisisse.

Dat. Utini in Domibus nrae Residentiae in appensione Patriarchatus sigilli. Die p.a Mensis Maii 1446. Ind. 9.a Pontificatus vero Sanctmi Dni nri Dni Eugenii Divina Providentia Papae IV. Anno XVI.

Locus Sigilli. Michael Zopello Cancell. de mand.o

Decretum antestm ued. aliena manu eductum ex membranas authentica sigillo pendente munita quiescente in Archivio Ven. Fraternitatis Sancti Christophori huius Civit., quia facta incontratione concordare invenit, ideo req. signando et subscribendo roboravit Ant. Martinelli Q.V.A. Not. Coll. Utinens.

Utini die 15. Martii 1719. L. D. O. M.

Ex consimili

Ex consimili authentico penes Nob. et Ad.^m R.
D. Agricolam Agricola existente recog. ed.
et subs.^t Ferandus Ermianus m.^{ca} Civitatis Urbini
Not.^s Colleg.^s ac Cancellarius.
Die. 13. Octobris 1740

Jacobus Fradenico Capitaneus, et Provisor
et quinque Deputati pro Comunitate Utini

Carissimi intelleximus, ad nostram notitiam est deductum, Vos providis Jacobo de Berzes, Antonio de Fazanea, et Ambrosio Not.° Capitaneo Conductoribus vobis per nos deputatis, obedire aliqualiter non curatis eorum mandata, et monitiones penitus contemnendo, quapropter vobis omnibus districte præcipimus, et mandamus quatenus eisdem Capitaneis parere in omnibus, et obedire debeatis tanquam Nobis, Scituri pro certo, quod si quis vestrum inobediens fuerit in aliquo mandato eorum, seu eisdem Capitaneis obedientiam debitum non præstiterit, contra quoscunque inobedientes, et eorum personas, atque bona graviter in omne tempus nobis aderit infallibiliter procedendum, et plusquam si nobis aliter non pareretis.

Dat. Utini die 29. Nov. Ind.e 8.a

Locus sigilli
Fradenici

Locus sigilli
Civitatis Utini

~ Ab extra ~

Universis Civibus Utinensibus, et Stipendiariis nostris apud Meleretum de Tomba existentibus

Ex authen. signato ut supra in Off.° Cancell.a M.ce Civitatis Utini existen.te
Ferandus Orminanus Cancellarius
Die prima Octobris 1720

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei Dilectis Filiis
Capitaneo, Septem Deputatis, Consilio, et Communi
Terrę Utini Aquilejensis Diecesis, salutem, et
Apostolicam Benedictionem. Cum Nos Dilecto
Filio nostro Petro Sanctorum Cosmę, et Damiani
Diacono Cardinali de Sancto Angelo vulgariter
nuncupato prò supportandis oneribus expensarum,
quas ipsum oportet de necessitate subire, Monas-
terium Sancti Galli de Modio Ordinis Sancti Be-
nedicti Aquilejensis Diecesis, ex eo tunc vacans,
quod nos Thomasium olim Abbatem dicti Mo-
nasterii licet absentem suis culpis, et demeritis
exigentibus omni regimine, et administratione bono-
rum dicti Monasterii Auctoritate Apostolica
privavimus, et amovimus ab eisdem cum om-
nibus iuribus, et pertinentiis suis dederimus in
Commendam, regimen, et administrationem ip-
sius Monasterii plenam, et liberam eidem
Cardinali in spiritualibus, et temporalibus co-
mittendo; Nos cupientes, ut ipse Cardinalis pos-
sessionem dicti Monasterii liberè assequatur,
ac attendentes indubiè quod devotio, et univer-
sitas vestra in his, et aliis eidem esse potest
plurimum fructuosè eandem devotionem, et
Universitatem vestram per presentes affectuosè

duximus requirendam, quatenus ob nostram, et
Sedis Apostolicae reverentiam partes vestras fa-
vorabiliter interponere, et efficaciter operare
velitis, ut possessio dicti Monasterii eidem Car-
dinali, vel Procuratori suo ad hoc legitime
constituto sine aliqua controversia libere as-
signetur.

Datum Pisis VI. Idus Octobris Pontificatus nostri An-
no primo.

Simon de Prato

Tergo.

Dilectis Filiis Capitaneo, septem Deputatis, Consilio, et
Communi Terrae Utini Aquileiensis Dioecesis.

Ex Voluminibus m. Civitatis Utini
Ferandus Ormianus Cancell.s
Die 16. Nov. 1740

Copia Litterę Regię Maiestatis Ungarię missę Magnifico, et potenti Dño Francisco de Carraria Padue D.

Amice Carissime. Ex quo Dominus Summus Pontifex Reverendissimo in Christo Patri Domino Philippo de Alenconio Sanctę Romanę Ecclesię Cardinali Consanguineo nostro Carissimo de Patriarchatu Ecclesię Aquileiensis duxit providendum in Comendam, et idem Ecclesię Dominus Cardinalis sub eadem ligę confederatione, qua quondam Dominus Marquardus Patriarcha stetit nobiscum per durare assumit. Ideo eundem Dominum Cardinalem sive Patriarcam vestrę Amicitię sincerę raccomandamus, attente vestram ipsam amicitiam requirentes, quatenus ipsum Dominum Cardinalem, seu Patriarcham amore nostri recomissum suscipientes sibi in singulis, et eiusdem Patriarchatus agendis, et requisitionibus favorabilem, et benignam exhibeatis voluntatem sinceram nobis in eo Amicitiam ostendentes.

. . . . . . . xv die Mensis Octobris.

Ex Voluminibus m. Civitatis Utini
Ferandus Ornianus Cancell. S.
Die 10. Nov. 1740

Egregii Amici Carissimi. A Serenissima Regia Hungariæ Maiestate litteras recepi, quarum copiam [illegible] vobis mitto presentibus interclusam. Ego autem considerata dictæ litteræ continentia, et effectu, et volens ea omnia facere, quæ votum Regium sapiant, et honorem respiciant, cum hi, qui tanquam mei ipsius libenti animo, et sincero cordis affectum viderem Patriæ illius quietem, et tranquillum statum, et Civium vestrorum, et omnium Compatriotarum bonum quodlibet, et perfectum, et qui singulari benevolentia, qua afficior hic, et inde affectarem vos fore Domino Cardinali conformes, et ipsum reciprocè. Rursus ubi vestræ Prudentiæ videatur, me per solennes Ambaxiatores operabor, et ingerar in tractandi, ut hic omni rancore se posito, inter dictum Dominum Cardinalem, et vos bonum concordium, et sinceræ pacis tranquillitas. Deo auspice subsequatur, super quibus mihi respondere velitis. Ipsi namque Domino Cardinali scribo sic, et in effectu.

Dat: Paduæ die 19. Novembris

Franciscus de Carraria Paduæ ~

A tergo) Egregiis, et Prudentibus Viris Dnis Rectoribus

Universitati, et Hominibus Civitatis Utini
Amicis Carissimis &c.

Ex Voluminibus m.^cae^ Civitatis Utini
Ferandus Ormianus Canc.
Die 10 Nov. 1740

Viri Nobiles devoti Carissimi Reverendum in
Christo Patrem Dominum Patriarcham Dei
Gratia Episcopum Sabinensem Sanctę Roma-
nę Ecclesię Cardinalem dictum de Sanzoniis
Consanguineum nostrum Carissimum, ex di-
gnis considerationibus prosequentes sincerę di-
lectionis affectum, adeoque ipsius procuravé-
rimus honores, et commoda, et evitaverimus li-
benter quaelibet noxia detrimenta, propte-
rea devotionem vestram requirimus, et hor-
tamur, quatenus considerantes, quod obbe-
dientię virtus maximum donum conditio-
nis humanę describitur, sicut inobbedien-
tia ab omnibus detestatur, velitis a quibus-
libet innobedientię, et contradictionis acti-
bus erga D.D. Cardinalém desistere, et sibi, ac
Officialibus suis tamquam Dominum Civita-
tis ipsius, ut ponitur in his, in quibus ratio-
nabiliter tenemini, et debetis intendere, et
obedire velitis. Cum nobis id erit ad profectum,
et commodum, nobisque ad speciale obsequium
ascribemus. Datum Neapoli sub Annulo nostro
secreto di XIV Maii. Ind. 5

Post datum adicimus quod quidquid favoris, et
assistentię, seu forsitan in contrarium

per Viros eidem Domino Cardinali impen
sum fuerit, nobis acceptum reputabimus, lac
eum fore. Dat. ut supra.

A Tergo

Nobilibus, et prudentibus Viris Communi Civitatis
Utini devotis nris Carissimis.

Carolus Rex Jerusalem, et Siciliae.

Ex Voluminibus m.cis Civitatis Utini
Ferandus Ornianus Cancell.s
Die 10 Nov. 1740

Joannes Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis
Nobilibus Viris Capitaneo, Decem Deputatis,
Consilio, et Communi Terrae Utini Aquilejensis
Diocesis salutem, et Apostolicam benedictio-
nem. Ad pacem, et discordantium unitatem
continuis studiis intendentes, prout id praecipue
Pastorali Officio novimus fore annexum pacis,
Ideo amicabilitatem sine qua Urbium Respublica
diu stare non possunt prospera annuncia-
mus, et nostris ac Ecclesiae ~~Fide~~ Fidelibus exop-
tamus. Orta siquidem ut accepimus, mate-
ria quaestionis inter dilectos filios Nobiles Viros
Vitalem, et Franceschinum Raneriera de Por-
togruano familiares nostros ex una, et dilectos
filios Nobiles viros Joannem, et Bartholo-
meum q.m Simonis, ac Odoricum, et Antonium,
et Nicolaum q.m Ulvium de Valuasono Concor-
diensis Diocesis parte ex altera, de, et super
Castro Dominio, et advocatia, ac Capulatico
Villarum Zopulae, et Romane praefatae
Diocesis tanquam Pheudo Aquilejensis Ec-
clesiae super quibus aliquandiu fuit in Ro-
mana Curia disceptatum, idemque fami-
liaris nostri certas sententias pro se ju-
dicialiter reportarunt, inducimque ut intel-
leximus

leximus, vestra Communitas pacem inter ip
sos discordantes ponere satagentes vocatis ey
dem voluerunt, ut firmiter exedimus sub affe
ctu pacis astringere prefatos fratres Nabalem
et Francischinum, seu eorum alterum ad com
promittendum in manibus vestris de iure
et de facto sub certa verborum forma. Cumq.
visum postea esset fratribus antedictis ab
huiusmodi compromisso, ad quod ipsi solem
niter observandum obligati non erant re
sipiscere posse, atque debere. Dicta vestra
Communitas sub certis gravibus poenis pecu
niariis ad id penitus servandum, eosdem fra
tres astringere conata sunt, pro quibus redeun
tes ad bonum pacis supradicte Discretionem
vestram rogamus, et hortamur in Domino
quatenus pro nostra, et Apostolice Sedis re
verentia suscipientes prefatos Nabalem,
et Francischinum favorabiliter commenda
tos velitis, dimissa iam serie Compromissi
istius cum si id agerent, caderent a iure
feudi, Laxare manum a cominatis penis
et forte inflictis familiaribus nostris pre
dictis, ad alias cum bona rectitudine equitatis
iustitia partium integra remanente, et illesa
componere

componere inter ipsos, et nedum illos, nedum, et alios quoscumque suos Adversarios ad unitatem, quam prediximus revocare, sic provida discretione agentes, quod dictę Sedis nostram Gratiam ampliorem promereri possitis, dictique Familiares nostri, quorum indemnitati propitii esse debemus, et volumus alia via dem[...]se nostra interventione adeat valeant congaudere.

Dat: Bononię XV Kalendas Octobris Pontificatus Nostri Anno quinto

s. de Salmaz

A Tergo

Dilectis Filiis Nobilibus Viris Capitaneo, Decem Deputatis, Consilio, et Comuni Terrę Utini Aquileiensis Diocesis &.

Ex Voluminibus M.cae Civitatis Utini
Ferandus Ormianus Canc.
die 10. Nov. 1740

a

1350

Litterę Imperatoris Maiestatis

Die Veneris 23 Julii rediit Nuntius missus Dno Imperatori, et Dno Castaldioni, atque toti Consilio Utini presentavit Litteras quasdam clausas infrascripti tenoris in Carta Bodina sigillatas sigillo quodam de Cera rubea coperto de cartha bombicis, in quo sigillo ut prima facie apparebat sculpta, erat quędam Aquila, et in subscriptione scriptę erant dictę Litterę: Prudentibus Antianis, Consilio, et Communi Opidi Utini fidelibus nostris Dilectis, et intra dictas Litteram desuper tenore ipsius inductabus lineatis erant hę Litterę.

Carolus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Boemię Rex.

Tenor vero dictarum Litterarum talis est

Fideles Carissimi, de morte felicis recordationis Venerabilis Bertrandi olim Aquileiensis Patriarchę Principis, et devoti nostri precarissimi, tanto amariori cordis compunctione dolemus, quanto nobis, et Sacro Romano Imperio ipsum fideliorem agnovimus, sicut hoc quamplurimis evidentibus accepimus argumentis. Verum quia post huiusmodi sinistri eventus auspitia Nos vestrum Propugnatorem, et Deffensorem elegistis; gratum illud, et satis

acceptum nostra Celsitudo recepit, et ad ea sem=
per mitti volumus, et moveri continuo, per quæ
amica sedulitate prosperari possitis, ac evi=
dentem profectum colligere sub felici Regimi=
ne Principis Generosi; et specialiter ex inten=
tione præcipue in termino placitorum amica=
bilium, quem cum Illustri Alberto Austriæ,
Styriæ, et Carinthiæ Duce breviter habere pro=
ponimus, negotionem Status, et conditionis vestræ
adeo gratiose, et cum sincero affectu reminisci
volumus pro ut vestra requirit dudum approba=
ta fidelitas, et nobis ex innatæ Nobis benigni=
tatis clementia propensius obligamur.

Idcirco fidelitatem vestram hortamur, attente,
quatenus in præsentis turbatæ turbationis dis=
cordio ad custodiam munitionum, et Patriæ, et
ad securæ tuitionis præsidium, sic studeatis
insistere, quemadmodum a Nobis, et Imperio,
ac de futuro vestro Præsule diligitis non imme=
rito de fide, et legalitatis industria commendari
et condignæ retributionis meritum cum uber=
tate gaudii, et affluentis jocunditatis lætitia
prestolari.

Dat: Pragæ 4.º Die Julij Regnorum Nostrorum año 4.º

de Voluminibus M.ᶜᵃ Civitatis Utini
Ferandus Ormianus Cancell.ᵈ
Die 10 Nov. 1740

Nicol
peti
Lnt
de t
& c
bati
Uti
vj
ceip

Nicolai Patriarchae petitio à Summo Pontifice Innocentio de transferenda, et collocanda Sede Patriarchali in Urbe Utinensi prae caeteris locis totius Dioecesis insigni...

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei.
Venerabili Fratri Fortunerio Patriarchae Gradensi
salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Nuper pro parte Venerabilium Fratrum Nostrorum Nicolai Patriarchae Aquileiensis, Egidii Vicentini, Petri Concordiensis, et Joannis Emoniensis Episcoporum eiusdem Patriarchae Suffraganeorum, nec non dilectorum Filiorum Decani, et Vicedecani, et Capituli Ecclesiae Aquileiensis, et nonnullorum Abbatum, Monasteriorum, aliorumque Praelatorum, et Capitulorum diversarum Ecclesiarum, ac Nobilium, et Communitatum quamplurium locorum Aquileiensis Dioecesis; Propositum fuit in Consistorio coram Nobis, quod in Aquileiensi Civitate, quae olim amenitate, seu divitiis, et potentia floruit, à longissimis retro temporibus, illo volente, qui disponit omnia prout vult, peccatisque forsan exigentibus ex aquarum putrefactione palustrium, ac serpentium, aliorumque reptilium ubique habitantium olfactu pestifero aer sic infectus extitit, prout existit, quod in ea, quae etiam infra magnum suorum murorum ambitum, Populi, et Edificiorum

abundare multitudine consuevit habita-
tores paucissimi, et vix centum habi-
tata hospitia remanserunt, ipsique
habitantes ibidem tam Clerici, quam
Laici infirmitates gravissimas ex in-
fectione prædicta quasi annis singulis
patiuntur, adeo quod in eis putrefacto
sanguine corpora, et membra turges-
cunt, et color vividus in croceum com-
tatur, ipsaque Civitas ex antiquis Æ-
dificiorum ruinis vepribus, et cicuta, ac
que herbis fœtidis repleta, quasi in to-
tum inhabitabilis est effecta, quod
etiam circa Civitatem eamdem .....
fluxerit in tantum quædam paludis
aquositas, quod frequenter ad Civitatem
ipsam sine magno periculo, et præsertim
tempore pluvioso vix potest accessus
haberi, propter quæ idem Patriarcha
ac Canonici, et Ministri, aliæque Per-
sonæ Aquileiensis Ecclesiæ supradictæ
præter aliquos valde paucos in ipsa Ec-
clesia æstivo tempore præcipue residere
non audent, nec ausi fuerunt ex mul-
to tempore retroacto, prædicta pericula
metuentes, aliique etiam qui tam de
vicinis

vicinis, quam de remotis partibus eam-
dem Ecclesiam, in qua multa Sanc-
torum corpora requiescunt devotionis
gratia, et praesertim in Festo Sanctorum
Hermacora, et Fortunati, qui in eadem
quiescentes Ecclesia prae caeteris Sanctis ibi-
dem principaliter venerantur, consue-
verunt annis singulis visitare; A vi-
sitatione huiusmodi, propter quam fre-
quenter plurimi in graves aegritudines,
[illegible] mortis dicuntur subiisse dis-
crimen, se retrahunt. Ecclesia ipsa
tam Nobilis, tamque solemnis, et in
ea reposita sacra Reliquia tam diu vene-
ratione debita caruerunt, cultus in ibi
Divinus non affectato defectu, sed metu
mortis, et periculorum huiusmodi neglectus
extitit, Populi devotio tepuit, et de-
mum ut omnia ibi desolatoria pariter
occurrere videantur, ipsius Ecclesiae ma-
china sexennio, vel circiter iam tran-
sacto ex concussione corruit Terremotus,
propter quod etiam cultus, veneratio, et
devotio supradicti ibidem, quasi tota-
liter cessaverunt, his etiam adiecto, quod
de reaedificatione ipsius Ecclesiae in eodem

loco, qui ex præmissis causis nimis diffi-
cilis, et demum inutilis prorsus exis-
teret, spes nullatenus sit habenda,
quin immo sit verisimiliter formi-
dandum, ne Sanctorum Corpora, et Re-
liquiæ supradictæ, ac Thesaurus nobilis,
ac Jocalia ipsius Ecclesiæ, quæ minus
debite custodiuntur in dictis Civitate,
et Ecclesia sic desertis præsertim guerra-
rum tempore; quibus eadem Ecclesia
cum universa Patria frequenter ni-
mis affligitur ab ipsius Ecclesiæ hostibus,
maxime cum præfata Civitas ex debi-
litate loci, et inhabitantium pauci-
tate absque aliis gentibus, et magno dis-
pendio defensari non possit, asportentur
hostiliter, aut furtim alias subtrahan-
tur. Quare pro parte Patriarchæ suffraga-
neorum, Abbatum, Decani, Vicedecani
Prælatorum, Capitulorum, Nobilium
et Communitatum prædictorum fuit
nobis humiliter supplicatum, ut Ec-
clesiam ipsam cum omnibus Juribus,
honoribus Privilegiis, indulgentiis, liber-
tatibus, et immunitatibus suis ad Terram
Utini de temporali etiam ipsius Eccle-
siæ

tis Dominio existentem, dicta diæcesis locum, utique præ cæteris locis præfatæ Diæcesis insignem, et etiam Populosum, Aeris salubritate perspicuum, amenum, et fertile, et a dicta Civitate Aquile-gensi [illegible] viginti milliaria non dis-tantem, mænibus, et fossatis bene mu-nitum, ac infra eius amplitudine spa-tiosum, Ecclesias, et solemnia Religio-sorum, et Religiosarum Loca, et Hos-pitalia quamplurima, devoti Cleri, ac Fideles Populi, pro iuribus, et honoribus ipsius Ecclesiæ defensandis, exponentes singiter se, et sua; nec non Hospicio-rum satis decentium copiosam mul-titudinem continentem, et in quo etiã Castrum, et Palatium Patriarchalia, in quibus iam multo tempore Patriarchæ Aquilegienses, qui tunc fuerunt, ut plurimum residerunt, prout etiam idem Nicolaus de præsenti residet, cũ Curia, et Familiaribus eiusdem, et insuper quamplures Nobiles, et Potentes Iurispe-ritorum, Medicorum, Notariorum, Mer-catorum, atque diversorum Artificum copiam, ac diversas scholas in scientiis

Primitivis, mitresque varias, et alia qua libet, quæ insigniunt Civitates, existere asserunt, transferre, ac aliquam ex Ecclesiis ejusdem Loci Utini in Cathedralem et Patriarchalem erigere, ipsumque locum Utini Civitatis vocabulo insigniri et tam Ecclesiam, quam Civitatem eandem Aquilejensem nomine nuncupari, et insuper cum eadem Ecclesia Sanctorum Corpora, Reliquias, Thesaurum et Jocalia supradicta ad eundem Locum Utini transferri, mandare, per quæ fore verisimile Deo operare dicti asserunt, quod in illis partibus cultus Divinus augebitur, Ecclesia ipsa in sua debita veneratione resurget crescetque gratia et Sanctitissimas Reliquias supradictas Devotio Fidelium consueta, ipseque Ecclesia cum Personis ejusdem, ac corporibus, Reliquiis, Thesauro, et Jocalibus supradictis tam predicto guerrarum, quam ipsius Ecclesiæ vacationis tempore, in quo maxime Ecclesia ipsa per iniquitatis filios innumeris molestiis, violentiis, et pressuris affici consuevit, tuta consistet, de Benignitate

tate Apostolica dignaremur. Nos itaque
juxta Paternæ Charitatis officium, ex toto
huiusmodi Civitatis, et Ecclesiæ prædictarum
literarum statui auditu, pia compassione
compuncti; ac super præmissis, quia de
illis certam notitiam non habemus, ma-
ture, ac provide procedere cupientes,
Fraternitati tuæ de cuius circumspe-
ctione gerimus in his, et aliis in Do-
mino fiduciam specialem per Aposto-
lica scripta committimus, et mandamus,
quatenus ad prædicta, et alia de quibus
tibi videbitur locas te transferens,
de præmissis omnibus, et singulis, et aliis
circumstantiis universis diligentius te
informes, et quidquid per informatione
eamdem inveneris, nobis per tuas clau-
sas literas tuo sigillo signatas, hanum
seriem continentes quanto citius inti-
mare procures, ut inde sufficienter in-
structi, quod super his agendum fuerit,
consultius auctore Domino disponere
valeamus

Dat. Avinioni 2. Id. Martii Pontificatus Nostri anno sexto.

{Bartholomeus} Io: Bettio

Tergo Iacobus Lucæ de Prato

signum Guidotus

L. S. Ex originali in Bergamina existente

in Cancell.ria Mag.ca Civitatis Utini de Verbo ad Verbum prout invenit fideliter me diante aliena manu exemit, factaq. cum Originali ipso diligenti incontratione de sub.to ac Off.ii Cons.: solitum apposuit signum Andreas Brunat ...eiusdem Cancellarius L. D. O. M. Utini die 17. Iunii 1661.

J. M. J. Ex consimili descripto in quodam libro sive Processu pergamena cooperto inscripto foris iura Capituli Utinens in Causa cum Capitulo Civitatis Aq... ...occasione praecedentiae &c. existente in Archivio Rev.mi Capituli huius Ci vitatis exemplare feci, et facta in contratione sub.t, et sig.t vol.o Ant.o Mortirelli D.r V. N. Not.s Coll.s Utini Utini die 11. Iulii 1689. L. D. O. M.

Ex consimili in Cancell.a m.ca Civit.s Utini Ferandus Ormianus Cancellarius Die 13. Oct. 1740

Lodovicus Dei Grã Rex Ungariæ Fidelibus suis, universis Prælatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Nobilibus, et alijs cujusvis præminentiæ, status, et conditionis hominibus, in pnti Nrõ exercitu existentibus, quibus præsentes ostenderentur salutem, et gratiam. Cũ nos viros idoneos, et famosos, Consilium, et Comune Civitatis Utini, ut victualia ad iam dictum Nrũ exercitum secure mittere habeant, duximus affidandos: Igitur Universitati vrẽ fidelitati firmis damus in mandatis, quatenus eundem Capitaneũ, Consilij, et Cõmunis hominibus huiusmodi victualia vigore præsentium defferentibus nullam iniuriam, nullamque molestiam in rebus, vel personis, et ipsos ad exercitum nostrum prædictum cum præfatis victualibus venire, et ibidem pro Foro stare, ac inde recedere liberè, et absque violentiâ permittatis, secus sub obtentu nostræ dilectionis, et gratiæ facere non ausuri.

Dat. sub .... quinta die mensis Julii anõ Dñi 1356.

L. S.

Ex authens. in Offo. Cancellrĩ magcæ. Civitatis Utini excisum

Ferandus Orsianus Cancellʳ.

die pma Oct. 1740

[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Antonius Venerio Dei Gratia Dux Venetiarum
Egregio, et Nobili Viro Federico de Savorgna-
no Militi, ac Nobilibus Viris Decem Deputa-
tis per Consilium Utini Amicis dilectis salu-
tem, et sinceræ dilectionis affectum. Fue-
runt ad præsentiam nostram sapientes, et Hono-
rabiles Viri Andreas de Monticolis Licentiatus
in iure Civili, et Nicolaus Manini Consiliarii,
et Ambasciatores vestri ad Romanam Curiam
profectum, quos alacriter vidimus, et Am-
baxiatam Nobis sapienter per eos, et pruden-
ter expositam intelleximus diligenter com-
mendantes, et merito laudabilem dispositionem
vestram ad conservationem vestræ Libertatis,
et Patriæ Fori Iulii cum honore nostro, et ves-
tro, ac significantes quod solemnis Ambaxia-
ta nostra, scilicet Nobiles, et sapientes Viri
Leonardus Dandolo Miles Procurator Sancti
Marci, Ioannes Bembo, et Donatus Truno ho-
die in buona gratia recesserunt profectu-
ri Ianuam ad Sanctissimum Dom: Urbanum
Papam optime informati ad procurandum
bonum, et conservationem vestram, et Patriæ.
Præterea hodie recepimus Litteras a Reve-
rendissimo D: D: Patriarcha Gradensi datas

penultimo Celebris, inter cetera continens

D: Papam benignissime dispositum ad viden

dum Nostros Ambasciatores predictos, et ad pro

videndum circa salutem vestram, et Patrie.

Dat: in Nro Ducali Palatio die 11. Novembris nona

indictione. &

Ex Voluminibus M.ce Civitatis Urbini

Ferandus Ormianus Cancell.

die 10 Nov 1740

Antonius Venerio Dei Gratia Dux Venetiarum &c.
Egregiis, et Nobilibus Viris Phedrico de Savorgnano, ac quinque Deputatis, nec non Universis et singulis Consiliariis de Consilio de quinquaginta Deputatis ad bonum honorem, et conservationem Libertatis, ac Patrie Fori Julii, Amicis dilectis salutem, et sincere dilectionis affectum. Retulit nobis Nobilis, et Sapiens Vir Michael Contareno Civis, et fidelis Noster rediens nuper Ambaxiator noster a partibus illis, se reperisse in vobis optimam, et valdè laudabilem dispositionem ad honorem Nostrum et ad conservationem Libertatis Patrie Fori Julii, quod non est Nobis novum, quia semper sic cognovimus per affectum, tum ex vestra propria virtute, tum prò manifesto, et notabili bono vestro, et Patrie, ut perseveret, annuente Domino in sua antiqua, et pro naturali, et solita Libertate. Unde hujusmodi perfectam dispositionem vestram gratissimam habentes, Hortamur vos ad sic constanter perseverandum, quia a nobis semper habebitis omnem favorem, et auxilium opportunum.

Dat: in Nrō Duc: Pal: die 23 Novembris Nona Indne.

N Tergo) Egregiis Nob: Viris Phedrico de Savorgnano

ac quinque Deputatis, necnon Universis
singulis Consiliariis d.o Consilio quinquaginta
deputatis ad bonum honorem, et conservatio-
nem Libertatis Dicti Fori Iulii &.

Ex Voluminibus m.cae Civitatis Utini
Ferandus Ormianus Cancell.us
Die 10 Nov. 1740

Antonius Venerio Dei Gratia Dux Venetiarum, Nobilibus, et Egregiis Viris — septem Deputatis, Consilio, et Communi Utini, Amicis dilectis, salutem, et sincerae dilectionis affectum. Mittimus ad praesentiam Nobilitatis vestrae in nostrum Oratorem solemnem, Nobilem, et sapientem Virum Michaelem Steno Procuratorem Sancti Marci, dilectum, et honorabilem Civem nostrum, cui aliqua commisimus eidem vestrae Nobilitati vivae vocis oraculo referenda, affectuose rogantes, quod eius relationis placeat credulitatis fidem plenissimam impertiri.

Datae in nostro Ducali Palatio die 9.a Xbris, Indictione prima

~ Ab extra ~

Egregiis, et Nobilibus Viris septem Deputatis, Consilio, et Communi Utini.

Ex Annalibus Magnificae Civitatis Utini
Ferandus Ornianus Cancellarius
die 7. Oct. 1740

Die. 7. Octobris. 1383.

Nos Helisabeth Dei Gratia Regina Hungarie, Polonie, Dalmatieque Vos Sapientes, et Nobiles Viros Regiminis Consules Civitatis Utini amicos Nostros amicabiliter hortamur, et affectuose, quatenus Illustrem Principem Dnum Leopoldum Ducem Austrie Fratrem nrum Carissimum cum sua Gente Armigera versus partes Italie proficiscentem per tenutas Dominorum vestrorum pacifice gressus suos facere permittatis, et sibi, ac sue genti precedite pro eorum pecunia Victualia necessaria dari faciatis nostre petionis obrespectum gratam nobis complacentiam exhibentes in premissis. &c.

Dat: in Temsthe . 7 die Mensis Octobris Anno Dni Millesimo trigentesimo Octogesimo tertio.

Ex Voluminibus m.a Civitatis Utini
Ferandus Ornianus Canc.
Die. 10. Nov. 1740

Amici Carissimi; Iamdudum audivimus uos Ma-
gistros, ut sinistris suggestionibus informatos prop-
ter discordiam, quam cum Reverendissimo
Patre nostro Domino de Alençonio Patriarcha
Aquileiensi, etc. multa bona mobilia, et immo-
bilia Ioannis olim Castronis de Bardis dilec-
tissimi Civis nostri, et Fratrum authoritate
publica detraxisse, ex eo quod prędicti Dni
Patriarchę fautoribus adheret. Quo quidem
audito summus multis respectibus admirati.
Nam quod ipse vestrum Patrem, et uerum
Antistitem sequeretur, sibi non debuit ad cul-
pam, uel aliquid facinus imputari. Placeat
igitur huiusmodi bona tam ei, quam Fratri-
bus, quę sine iusta causa, sicut uidemus abla-
ta sunt, quę reperiuntur facere restitui, et
quę consumpta forent restauratione debita
resarciri. Nam cum dictus Ioannes, et
Fratres Cives nri sint, non possemus eis in
tam manifesta iniuria Iustitię debitum
denegare.

Dat: Florentię Die 18 Februarii Octava Ind. 1384.

Priores Artium, et Vexillifer Iustitię } Populi, et Comunis Florentię &c.

A Tergo) Nobilibus Viris Capitaneo, Consilio, et Comuni

Utinensis Civitatis nostri Carissimis

Ex Voluminibus m.^ci Civitatis Utini
Ferandus Ornianus Cancell.^s
die 10 Nov. 1740

In Christi Domini Amen. Ab eius Nativitate
millesimo tricentesimo octuagesimo quinto.
Inditione octava, die ultimo Mensis
Octobris. Actum Utini Aquilejensis diecesis
in quae Domo Communis, in qua Terrae Utini
homines solent Consilium celebrare: Pre=
sentibus Nobilibus, ac Providis Viris Fran=
cisco de Cavalcantibus de Florentia
Utini habitatore, Joanne q.m Federici de
Ottacinis, Nicolao q.m Nicolussij de
Percoto, et Nicolussio filio ser Zanini
de Brazzo de Utino testibus, et alijs
pluribus ad hec vocatis specialiter, et
rogatis.

Ibique convocato, et congregato Consilio
Generali Terrae Utini more solito
pro infrascriptis specialiter peragendis,
in quo quidem Consilio interfuerunt
Magnificus, et Potens miles Dominus Fede=
ricus de Savorgnano, ac Nobiles, et
Prudentes Viri Ser Antonius de
Vincentia Capitaneus, Hermanus

ser Mattij de Remanzacco Camerarius,
q Nicolaus Manini, et Petrus de Belonj
Procuratores, Blasius de Zuono, ser
Hector Miulise, dictus Mulus, et Melio
dictus de Andriottj, Henricus de
Padua, q Nicolaus mag. Gregorij,
Valentinus de Valentinj, ser Colletta
de Bomberi, Joannes de Faganda,
ser Zaninus de Burgo, Leonardus de
sancto Daniele, Franciscus Rainerij,
Thomas de Toveptio, Monachinus de
Cammano, et Manfredus drappiero de
Utino Consiliarij dicte terre Utini,
Aquileiensis diocesis, totam Universi=
tatem ipsius terre Utini representan=
tes, prefati dominus Federicus, ac
dominus Antonius Capitaneus, et alij
Consiliarij suprascripti, cum consensu,
et voluntate suprascriptorum Her=
mani Camerarij, ac q Nicolaij, et
Petri Procuratorum, et ipsi Camerar
et

et Procuratoris Camerarii, et Procuratorio nominibus ipsius Communitatis Utini cum consensu, et voluntate dictorum DD. Federici, ac Dni Antonii Capitanei, et Consiliariorum suprascriptorum, nec non ipsi omnes, et singuli unanimiter, et concorditer per se, eorumque successores, ac vice, et nomine totius Communitatis, et Universitatis dictæ Terræ Utini præfatæ, Aquileiensis diœcesis, ipsique etiam omnes, et singuli suprascripti coniunctim, et divisim, ac singulariter, et per se, eorum propriis nominibus, ac etiam vice, et nomine omnium Nobilium de Castello, de Colloredo, de Strassoldo, et de Maniaco, et Communitatum Venzoni, Sacili, et Marani in quantum eorum interest, et omnium, et singulorum aliorum Nobilium, Civium, et

Communitatum, fidelium, et legalium de Patria Fori Iulij in Liga, et unione cum Inclito ducali Dominio Venet. et Mag.co D.no Verone, pro conservat. honoris, et status Aquileiensis Ecclesie et Patrie Fori Iulij, libertatis aliisque facte, et firmate, existentium, de quibus in infrascriptis Pactionibus singulis, et in eisdem fit mentio, quomodo, pro quibus suprascripti D.ni Federicus de Savorgnano, Antonius Capitaneus, et Consilium dicte terre Utini promiserunt de rati habitione fideliter se facturos, et curaturos cum effectu, omni exceptione remota, quod prefati Nobiles Cives, et Communitates, de quibus supra fit mentio, quandocunque expediens fuerit, infrascripta omnia, et singula approbabunt, et ratificabunt, in omnibus, et per totum observandis

se

ad hec omnia bona sua, et dicte Communitatis Utini presentia, et futura omnibus modo, iure, et forma quibus melius, et efficacius tam de iure, quam de consuetudine fieri poterunt, et potuerunt, fecerunt, constituerunt, et ordinaverunt suos, et dicte Communitatis Utinensis, ac supraseriptorum omnium aliorum eorum, et eorum nuncios, actores, factores, negotiorum gestores, ac legitimos sindicos, et procuratores, et quicquid melius dici potuit, honorabilem, et sapientem virum dominum Andream de Montealis licentiatum in iure civili, ac ser Nicolaum Manini de Utino suprascripto ibidem presentes, et hoc mandatum in se sponte suscipientes utrumque ipsorum in solidum, et specialiter ad presentandum, notificandum, et intimandum

Rmo in Christo Patri, et Dno Dno Phi=
lippo de Alencon Miseratione Divina
Episcopo Sabinensi S. Romanae Ecclesiae
Cardinali Patr.ca Aquileiensi

omissis

Quinque antescriptae inscriptiones, et omnia
contenta in as: folijs praecedentibus,
jnibi comprehensa, per alium educta
ex consimilibus authenticis existen=
tibus penes Nob. Dnum Co: Petrum
Antonium de Maniaco, quia facta

S. N. | interveniente concordare inveni, leg.

timas, nomineque meo roboravi
Antonius Martinelli Publ. Ven.a
Aut.e Not.s Coll.s Utinensis

Utini die 26.a May 1729 L. d. o. m.

Ex consimili authent. penes Nob. D. Nic. L.
Agricolam Agricola existent. desumere
fecit, et sub.t se requisitus Ferandus
Ormianus A. V. ac Mag.ce Civitatis Utini
Notarius Collegiatus et Cancell.s
die prima Octobris 1740

Die 14. Januarij, 1387.

In Consilio Utinis.

Cum pro aliquibus ad Provisionem totius Patriæ necessitate magna incumbentia, et pro salute, et conservatione Sanctæ Aquileiensis Ecclesiæ missus fuerit Venetias ad Duc: Dominum Circumspectus Vir Franciscus Filius q. Missii; Deliberatum fuit per Dominos quinque Deputatos, quod pro expensis fiendis per dictum Franciscum in dicta Legatione, q. Nicolaus de Soldoneriis Capsarius davet ipsi Francisco Ducatos sexdecim auri; Quæ Legatio facta fuit ad petendum subsidium a Dominio Veneto ad expugnandam illam perfidam Societatem, quæ ad damna universalia, et subversionem totius Patriæ ad Patriam se duxerat. &.

Ex Voluminibus m.ti Archivij Utini
Ferandus Ormianus Cancell.r
Die 10. Nov. 1740

[illegible]

[illegible]

[illegible]

In pleno Consilio Utini congregato.
Die. 20 Februarij. 1387.

Super propositis per Dnos Deputatos continuè vigilantes circa Statum, et conservationem Patriæ, et maximè circa Villas, et Curtinas Patriæ, et præsertim positas, et sitas citra Tulmentum, quæ fuerunt, et sunt causæ principalis destructionis Patriæ, propter fortitudinem earum, et victualia, quæ reducta sunt in eisdem, ad quas inimici in damnum, et desolationem Patriæ se continuè reducebant.

Deliberatum, provisum ac definitum extitit per antedictos Dnos Deputatos pro bono Statu, et conservatione Aquilegiensis Ecclesiæ, et totius Patriæ; Quod omnes Curtinæ, et specialiter citra Tulimentum sitæ funditus ruinentur, quod si cum hominibus Villarum dictarum Curtinarum obtinere non possit, quod tunc Domus, et habitationes factæ, et constructæ in eisdem Curtinis discoperiantur, et destruantur ex toto; quod etiam si cum dictis hominibus obtineri non posset, quod tunc omnia victualia quæ in dictas Curtinas, seu Villas reducta esse reperiantur, de dictis Curtinis, et Villis ad Terram Utini, vel alia in Fortilitia reducantur

icantur; ad quæ præfat. Homines ducere, et po
rtare maluerint pro eorum comodo, et utilita
Dummodo ad Terras, et Fortilitia Inimicorum
nullatenus reducantur, et quod in dictis Villis
et Curtinis nulla victualia dimittantur, sed
prorsus omnia faciant asportari. Et ad hæc
exequenda, et executioni mandanda præfat.
Domini elegerunt Laurentium Notarium Cyp
rij, et Antonium de Misij, qui cum Hominib.
Villarum expedire debeant, et sollicite operari, et
operam tradere efficacem cum eisdem, quod
prædicta fiant quam citius fieri possunt in
forma, et deliberatione præscripta. 6.

Ex Voluminibus m.ae Civitatis Utin.
Ferandus Ormianus Canc.
Die. 10 Nov. 1740

In Christi Nomine. Amen.
Die Mercurii 10 Julii 1387.
Ind. XV.a

Aceptati fuerunt in Vicinos Terre Utini; non obstante aliquo ordinamento in contrarium edito; infrascti Nobiles sub forma, et modo infrascto. Vid.t

D. Doymus de Castello pro se, et omnibus suis Consortibus de Domo sua.

D. Simon de Coloretto pro se, et suis descendentibus

D. Henricus q. D.i Chizoi de Coloreto pro se, et suis descendentibus

q. Arquinus de Coloreto pro se, et suis descendentibus, et pro q. Henrico Fratre suo, et eius descendentibus

D. Bernardus, et q. Iacobinus fraterinus } de Strassoldo pro se, et eorum descendentibus

q. Franciscus de Bers pro se, et Consortibus descendentibus suis.

q. Andreutius de Villalta pro se, et suis descendentibus, et quodam suo Nepote.

— Forma vicinantie iurate per suprascptos Nobiles —

Iuraverunt, ac promiserunt per Sacramentum in animas suas, et suorum constituentium, ac vice, et nomine descendentium eorum se perpetualiter esse bonos, rectos, legales, et fideles Cives, et vicinos Terre Utini, et omnem bonum statum ipsius Terre, et omnium, et singulorum vicinorum eiusdem cordialiter diligere, et nemini contra ipsius Terre statum machinanti, vel aliquid mali attentanti, seu aliquem ex ipsius Terre Civibus in re, vel persona violenter, indebite, et de facto quovis modo aggravanti vel aggravare volenti instare, nec favere dicto, vel opere publice, vel occulte, sed potius totis viribus resistere intentioni, et voluntati talis sic dictam Terram Utini, seu aliquem ex Civibus suis aggravare volentis.

Item quod ipsi omnes, et singuli suprascripti, quorum nomine dicta vicinantia fuit iurata, significabunt quanto citius fieri poterit pure, et fideliter Rectoribus Terre Utini; videlicet septem Deputatis, seu Consilio, qui sunt, et pro tempore fuerint, quicquid quo tempore invenerint, vel audiverint cedere, et redundare in damnum, vel detrimentum Terre Utini predicte, et toto posse vetare, ne huiusmodi damnum, et detrimentum sequatur. Et versa vice iuraverunt Nanius Camerarius Camerario nomine Comunis Utini et ser Nicolaus de Sodoneriis, et Nicolaus de Pagano procuratores dicte Comunitatis Utini, et procuratorio nomine eiusdem Comunitatis se esse bonos, veros, legales, et fideles concives, et convicinos omnium, et singulorum nobilium suprascriptorum, sequendo formam prescriptam in totum, mutatis mutandis. Item iuraverunt omnes suprascripti pro se, et eorum descendentibus quod quandocunque fuerint electi in Consiliarios Terre predicte, se fideliter, et legaliter consilium suum prestaturos, et officia exercitaturos, ad que fuerint electi.

In Consilio Civitatis Utini

Sub millesimo, diebus, et mensibus; et sub modo formis, capitulis, et iuramento connectis accepti fuerunt in Vicinos Utinenses infrascripti; videlicet

1391. 4. Augusti. ser Nicolaus de Partistagno.
1393. 19. Aprilis. D. Michael de Arcoloniano.
1399. 5. Iunii. Reverendus in Christo Pater DD. Antonius Episcopus Concordiensis
ser Andreas eius Pater
ser Nicolaus Canonicus
ser Natalinus, et
D. Franciscus Filii dicti ser Andree.
1403. 2. Iulii. D. Herculus Filius Nobilis Viri D. Gerardi Comitis

Comitis de Camino, et
q. Iacobus eius Filius
1421. 18. Maii. q. Federicus q. Nob. q. Io.s de Fonte-bono.
1430. 20. Maii. q. Gaspar q. Nob. q. Coradi de Cergneu.
q. Hector, et q. Petrus Frēs q. Nob. q. Petri de Brazzacco.
1432. 31. Iulii. q. Giorgius de Melso.
1432. 8. Aug.ti q. Theodus della Turre.
1434. 19. Ianij q. Gabriel de Arano.
1436. 23. Febij q. Dorinus de Castello.
1441. 26. Oct.s q. Simon de Prodolono.
1449. 20. Febij D. Cittadinus q.m Marquardi della Fratina, et
q. Marcus eius Frater.
1473. 8. Oct.s D. Fran.cus de Massolbo.
1492. ulto Iunii. R. Pater, et DD. Episcopus Tergestinus.
1510. 28. Maii. q. Henricus de Spilimbergo.
1521. 21. Ianij q. Io.s Ant.s de Laurentijs de Faganea, et
q. Ant.s de Zegriaco.
1523. 27. 7bris q. Rizardus de Varmasono, et q. Enricus eius
Frater.
1550. 28. Maii. q. Fran.cus ex Consortibus de Toppo reintegratus,
in numerum Civium Nobilium secundum eius supplicationem
1569. 19. Iunii. q. Lodovicus ex Nobb. DD.s Consortibus Madrisij.
1572. 8. Iulii. q. Bernardinus ex Nobb. DD.s Consortibus Madrisii.

Ex Annalibus
Mag.cae Civitatis Utini
Ferandus Orsinianus Cancell.s
desumptis, et sub.t

Nos Hieronymus Gradenico pro Ser.mo D. D. Venet. Locumtenens Gratis Patriae Fori Iulij
Fidem facimus, et attestamur suprascriptum D. Ferandum Orsinianum talem esse qualem se facit [illegible]
Utini die 6. 9bris 1740 — Iulius Pisani Not. Reg.t

Die penult.° Iulij 1387.

In pleno quodam generali, et solemni Consilio ad sonu Campanę ultra nostrum consuetum, more solito congregato super infrascriptis arduis prò bono statu Terrę deliberandis, in quidem Consilio interfuerunt omnes infrascripti; Egregius Miles D. Federicus de Savorgnano, circumspectus Vir Dnus Ambrosius de Verona honorandus Capitaneus Terrę Utini, prudentes Viri q. Nicolaus Domini Gabrielis, et q. Blasius de Lisone Qmissij q.

Repręsentantes Communitatem, et Universitatem Terrę Utini ad infrascripta convocati fuerunt, coram quibus per Egregium, et potentem Militem D. Federicum de Savorgnano propositum, et narratum extitit, quod considerato, quod iam diu, et in tota pręsenti guerra locus Savorgnani nocivus, et damnosus fuerat toti Pąrię, ex quo Mercatores, et alii quicumque euntes, et vaddeuntes per stratas, et spetialiter Vicini Terrę Utini offendebantur, spoliabantur, morti tradebantur, et alia intollerabilia mala, et quę incessabilia inferebantur p inimicos, et scelleratas gentes existentes in dicto loco, bonum, et iustum foret, quod prò libertate, et indemnitate Patrię, et pręsertim Terrę Utini,

quod Campus poneretur cum Bastitis ibidem e=
ficandis ad subiugationem, detrimentum, et recu=
perationem Loci predicti; et nisi ille Locus
recuperaretur, non videbatur tot, et tantis
gravaminibus aliqualiter obstare posse; su=
quibus deliberatum fuit per omnes supradic=
tos nemine discrepante, quod Campus ponat=
ad dictum Locum pro recuperatione eius,
et quod subito ordo detur, quod huiusmodi e=
xecutio fiat quam exposse videbatur fore
salutem, et libertatem totius Patrie, et pr=
sertim Terre Urbini, et quod habita recupe=
ratione eiusdem, ut per omnes communiter
sperabatur Divina Gratia precedente, quo=
tiens ille Locus dari, et restitui debeat ant=
dicto Dño Federico, et Consortibus suis &.

ex Voluminibus M.ce Civitatis Urb.
Ferandus Ornianus Cancell.
die . 10 . Nov . 1740

Die quarta Novembris 1387 Ind. X.^ma

In pleno Consilio ad sonum Campanæ more solito congregato, ubi interfuerunt &c.

Super propositis in dicto Consilio per Nobilem, et circumspectum Virum s. Nicolaum q. Dni Gabrielis explicantem, quod Reverendissimus D. Patriarcha noster Ierosolimitanus rogavitque per Consilium Terræ Utini sui amore concederetur gratia, et Licentia Andreuccio de Villalta possendi ire ad quælibet Loca Patriæ Fori Iulii amicorum nostrorum ad peragendum facta sua, usque ad unum competentem terminum sub fide, et securitate alias in simili gratia sibi facta per eum exhibitis, et prestitis. Deliberatum fuit quod ob intuitum, et reverentiam dicti Dni nri Patriarchæ fiat gratia, et concedatur Licentia ipsi Andreuccio eundi in Patriam ad quælibet amicorum, et colligatorum nostrorum Loca, ad providendum super factis suis, et hoc usque ad primam Dominicam Quadragesimam venturam.

Ex Voluminibus M.^ca Civitatis Utini
Ferandus Osnianus Canc.
Die 10 Nov. 1740

Die 20. Decemb. 1387. Ind. X.ma

In pleno Consilio ad Sonum Campane more solito congregato, in quo quidem Consilio interfuerunt circumspecti Viri D. Antonius de Vincentia Cap.s &c.

Concessio salui Conductus

Super propositis per D.nos Deputatos, quod nuper acceperant Litteras ab Excelso, et Ill.mo D.no D.no Comite Virtutum continentes, quod quibusdam Ambasciatoribus, quos mittebat ad Ser.m Regem Romanorum fierent Littere salui conductus, quod possint libere transire.

Deliberatum fuit, quod predictis Ambasciatoribus ob reverentiam tanti Domini fiat generalis saluus conductus, et eisdem omnes honores impendere, et alia, que honori eorum conveniant, ut in reversione eorum predicto D.no Comiti Virtutis ex parte Communitatis relationem bonam facere possint.

Ex Voluminibus M.ce Civitatis Utini
Franciscus Ornianus Canc.s
Die 10 Nov. 1740

[illegible]

1389

Die Martij 19 Januarij

Actum Utini super Magnâ Salâ Domus Communis

In Pleno Consilio ad sonum Campane more solito congregato

omissis

Et quod receptâ licentiâ a dicto Dno Dno prefati Domini Prior, et Marquardus ascenderunt in Domum Communis dicte Terre, Civitatis Austrie, causâ conferendi super predictis cum ipsis Ambaxiatoribus dictis, et nonnullis de Consilio dicte Terre, ubi sic congregatis dictis Dominis Priore, et Marquardo, ac ipsis Ambaxiatoribus dictis, et Conrado Bojani, Egidio q.m Magistri Joannis, Joanne Antonio Adam de Zermentinis, et nonnullis alijs de ipsâ Terrâ Civitatis Austrie

Nota quod in Consilio Civitatis Austrie denominatur Egidius q.m Magistri Joannis —

omissis

Ex Annalibus M.ce Civitatis Utini
Ferandus Omnianus Cancell.s
die 4. Oct. 1740

Statuta noviter reformata, et approbata per Dominos Leonardum de miulitis Capitaneum Terre Utini pro Rmo in Christo Patre, et Dno nostro Dno Antonio Dei Gratia Patriarcha Aquileiensis, et Consilium eiusdem Terre Utini existentibus Deputatis Nobilibus, et Honorabilibus Viris q. Nicolao Dni Tristani de Savorgnano q. Nicolao de Soldoneriis, Joanne de Faganea, Hamo de mulargis; Antonio de Savona, Joanne q.m q. Girardi de Andreottis. Sub millesimo quadringentesimo Ind: 8.a diebus mensibus infrascriptis —

Omissis

ex consimili in officio Cancellariae mag.cae Civitatis Utini existenti.
Ferandus Ornianus Cancellarius
Die pma Octobris 1740.

Die . 11. Octobris . 1401.

Actum Utini super Cancellaria Domus Consilii in pleno Consilio coram Nob. D. Bartholomeo Capitaneo ut supra.. In quo quidem Consilio interfuerunt &c.

Elect: ad Consulendum super moneta nova cudenda

- Iannutus q. Boni
- Magist: Dominicus Aurifex de Brunatiis
- Mag: Iacobus Aurifex de Montegnaco.

Ex Voluminibus M.ce Civitatis Utini
Ferandus Omianus Cancell.s
Die . 10 . Nov . 1740

Consilium extraordinarium.

Die Dominico iiii. Dec.bris Millesimo quadring.mo g.mo Ind.e 9.a Utini super Cancellaria Domus Communis in pleno Consilio, in quo interfuerunt sapientes Nobiles, et Illres Viri Dni Ioannes de Cavalcantibus Legum Doctor, Aloysius de Zigottis Legu D.r, Nicolaus de Savorgnano, Nicolaus de Senis, Meliadusius de Andriottis, Nicolaus Candidi, Leonardus g Hectoris, Nicolaus g Tani, Ioannes de Fagania, Nicolaus de Toppo, Nicolussius Bavilaqua, Nicolaus de Potoneriis, Onofrius de Lanzano, Ioanutus Toni, Hieronymus de Brunis, Io.s de Andriotis, Christophorus Bomberus, Blasius Magistri Lazari, Antonius Brunatius, Nicolaus de Bredas, Dominicus de Zerbinis.

Electi in dicto Consilio ad providendum de Patriarchatu.

Electi } D. Ioannes de Cavalcantibus
g Nicolaus g Tristani
g. Nicolaus Kapreti
g Ioannes de Fagania
g. Leonardus g Hectoris.

Ex Voluminibus M.ce Civitatis Utini
Ferandus Ornianus Canc.
Die 10. Nov. 1770

1407. 7. Iunii

Spectabiles, et Egregii Amici Carissimi. Debet habere Nobilis Domina Flordelisia Uxor q.m Marini de Finetis Dilecta Consortia inclitae, et Magnae Dominae Matris meae Dominae Annae de Vice Comitibus Consortis recolendae memoriae q.m Magnifici, et Excelsi D.D. Genitoris mei a Conrado Rida Cive vestro Ducatos quinquaginta mutuatos eidem per antedictum Marinum.

Propterea vestras spectabiles Amicitias affectuose rogo, quatenus dictam Dominam Flordelisiam suscipientes meae contemplationis intuitu, proprie recomissam providere velitis, quod de dictis Ducatis quinquaginta a dicto Conrado solutionem debitam consequatur, sicuti de vobis plene spero offerens me ad similia, et maiora, quodque pro vobis de ipsis enim denariis dicta Domina Flordelisia respondere contenta est D. Blasio de Lisono, aut maiore de Mantova Procuratoribus antedicti q.m Marini.

Dat. Mantuae die 7 Iunii. 1407.

Ioannes Fran.cus de Gonzaga Mantuae

Ex Voluminibus M.cae Civitatis Utini
Ferandus Ormianus Canc.
Die 10. Nov. 1740

In Consilio Magnificæ Civitatis Utini.

Die 29. Octobris 1408.

Super propositis per Dominos Deputatos exponentes, qualiter Excelsum Ducale Dominium transmisit Comunitati quandam Litteram cum sigillo pendente in effectu continentem, quod Comunitas illue presto mitteret unum Ambasciatorem plenè informatum de intentione Comunitatis, cum quo posset conferre super pacifico Statu huius Patriæ &.

Deliberatum fuit, et consultum; quod Domini septem Deputati, et Decem alias Electi, et Deputati ad providendum de Statu Terræ nostræ habeant authoritatem, et potestatem super prædictis providendi, consulendi, et determinandi, et quod quicquid per eos fiet, et determinabitur, habeatur firmum, et debeat executioni demandari.

Ex Voluminibus M.cæ Civitatis Utini
Ferandus Ormianus Cancell.r
die 10 Nov. 1740

Rupertus Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus, Ven: Amici sinceri dilecti; quantum nostrae mentis turbet oculos Sanctae Romanae Ecclesiae Matris nrae dissidium perhorrendum, non verbis, nec calamo sufficimus explicare, unde, ut de medio radicitus evellatur, et nullum eius restet vestigium, ac sincera integritas, dante Domino, habeatur totis praecordiis anhelamus, quatenus pro convenientibus, et aptis mediis finem optatum adipiscendi, cavendi quoque si fieri potest, ne peiora (quod absit) prioribus subsequantur. Venerabiles Ioanem Avempenbugensem, Mattheum Vormacensem, Vlricum Vergensem Episcopos, Principes, et Ioannem de Vimheim Protonotarium, Consiliarios, et fideles nostros dilectos de nostra intentione plenissime informatos pro Ambaxiatoribus, et Oratoribus nostris duximus transmittendos, Venerandas circumspectiones, et prudentias vestras instanter rogantes, et piis affectibus exhortantes vestris dictis Oratoribus nris, et cuilibet eorum Consiliis, et auxiliis opportunis assistere, eosque in singulis dirigere, et favorabiliter nostra, et Sacri Imperii per nos agenda promovere, eisque super premissis

nobis oratoris parte nostra explicandis ad-

hibere placeat plenam fidem &c.

Dat in Castro nostri Heidelberg die 14 Mensis

Februarii Anno Domini Millesimo CCCC.° no-

Reg: vero nri Anno Nono.

Ad Mandatum Dni Regis referente Utriusque Juris

de Dolumnitus m.ca Civitatis Ulm

Ferandus Ornianus Cancell.

Die. 10. Nov. 1740

Michael Steno Dei Grã Dux Venetiarum &c. Egregiis, et pru-
dentibus Viris septem Deputatis, Consilio, et Com-
muni Utini Amicis dil. sal. et sincere dilect. af-
fectum. Displicenter audivimus, quod Beccarii
nri Venetiarum ad praesentiam nri Dominii comparentes
exposuerunt, quod dum suos Familiares ad partes
Goritiae destinarent ad providendum de animalibus,
ut mos est, quidem sui Familiares et Nuntii in
strata alta propè Sanctum Pellegrinum infrà Utinum,
et Goritiam, deberi fuerunt, et adducti extrà Strata
in Campis, ibiq. à certis, quos non agnoscunt, à
quibus subtiliter examinati fuerunt, si aliquis
ex suis Magistris essent requisiti stare ad illas partes
pro emendis animalibus cum multis subtilibus in-
vestigationibus circà istud. Ex quo dicti nostri
Beccarii territi non audent ire, nec mittere aliquem
cum pecuniis: Considerata hujusmodi novitate contrà
libertatem fidelium nostrorum totis viribus intendamus
quos male tractari opprimi potest vra Benevolentia
quam dolenter sentiamus, et praesertim in locis ubi
contrà quoscumque fideles, et subditos nostros bonae
tractationis spem semper habeamus in affectu, quia
talia nō intendimus tolerare. Benevolentiam vram
carissimè deprecamur quatenus placeat effectua-
liter providere, ut nri Beccarii, et alii Cives, et
habitatores Venetiarum tam Mercatores Venetiarum
quam alii per Patriam Forojuliensem transeuntes nō
molestentur, nec opprimantur, et quod strata sint
secura, et aperta secundum bonam consuetudinem
ità quod nostri; et supradti transeuntes nullum
valeant recipere detrimentum: Nam si nostris
fidelibus fieret aliqua molestia, vel novitas contra
debitum rationis providebimus per modum quod

nostris satisfactum erit, et remanebunt indemn[illegible]
Dat: in Arce Duin. Cast. die p.ma Octs 1409.

~ A tergo extra ~

Egregiis, et Prudentibus Viris, septem Deputatis, Co[nsi]lio, et Communi Utinensi.

Ex consimilibus authenticis in Off.o Can[cellari]ae M.cae Civitatis Utini existentibus
Ferandus Ormanus Cancellarius
Die p.ma Octobris 1740

1412. 4 Aprilis

Hermanus Ciliæ, Sagoriæque Comes.

Nobiles, et prudentes Viri singulariter nobis Dilecti.

Jam diu quadam spetiali, et - - - caritate, et benevolentia sequendo in hoc vestigia Prædecessorum Nostrorum totis nostris affectis dileximus Sanctam Ecclesiam, et Patriam Aquileiensem, et præcipue vestram honorabilem, et magnificam Communitatem, cui tanto vehementius videor obnoxius, quanto peramplius comprendi vestram bonam intentionem circa Nos ex relatione solemnis Oratoris, et Concivis vestri Dñi Lodovici Juris Professoris, et Magistri; Nos autem pro bono pacifico, et restauratione dictæ Ecclesiæ, et Patriæ, et vestræ Communitatis interveessimus, a- [illegible] ~~[illegible]~~ Nostrum Dominum Sigismundum [illegible] ~~[illegible]~~, et Ungariæ Regem de provisione, ~~[illegible]~~ fecit inspirante gratia Sancti Spiritus, dando dictæ Ecclesiæ, et nobis in Pastorem, Patriarcham, et Dominum, Dominum Lodovicum Ducem de Tech, Amicum nostrum Carissimum. sub eius felici, et honesto Regimine mediante Christi Gratia, et eius Gloriosæ Genitricis spero, quod dicta Ecclesia, et nos scilicet cum tota Patria, continuo in melius prosperabitis, hortando

et rogando prudentias vestras, ut dicto suo re-
gimini totis vestris viribus assistatis, tamq.
Viri, qui semper fuistis Fidelissimi Eccles.
Aquilejensis pro ut infallanter in nobis
ravimus, quod quidem tam respectu dictae Ec-
siae, et Patriae, quam respectu Personae dicti
Patriarchae, et Magnifici, et Potentis Dni Ld.
Lhodovici Comitis in Ortemburg Consangui.
nostri dilectissimi habebimus semper ad c.
placentiam singularem.

Dat. in Kascovia 4 die Mensis Aprilis Anno D.
1412.

A Terzo) Nobilibus, et Prudentibus Viris Dominis a De.
Deputatis, Consilio, et Comuni Terrae Utin.
singulariter nris Dilectis.

Ex Voluminibus mis. Archivi Utin.
Ferendus Orsienus Can.
die 10 Nov. 1790

Nos Decem Deputati ad Regimen, Consilium, et Commune Terrae Utini Aquilejensis Dioecesis, Honorabili, prudentique Viro ser Ioanni Antonio q. ser Stefani Bertolini Concivi Nostro Cariss.mo salutem, et omne bonum.

Cum iustitiae, aequitatisque cultus exigat, ut unicuique pro iustis operibus iusta compensentur praemia, cumque vere experientia docente tua virtus continuis vigiliis prona fuerit circa necessaria quaeque, et utilia nostrae Reipublicae, nullis parcendo laboribus, vel expensis: id circo Nos merita tuae probitatis inducunt ut Nos, Communitatemque Nostram tibi reddamus ad gratias liberales. Igitur de tua fidelitate, et prudentia plenissimam confidentiam obtinentes Castrum nostrum Flagoreae, cum Garrito, et Iurisdictione, ac omnibus Iuribus spectantibus ad dictum Castrum tibi plenè duximus committendum, sub pactis, clausulis, et modis, et formis in infrascriptis Capitulis plenè contentis, atque descriptis, quorum tenor talis est: vid.t

omissis

Quae omnia, et singula suprascripta praefatus Ioannes Ant.s delato sibi per providum ser Ioannem Notarium de Ausidibus Cancellarium Communitatis praefatae debito Iuram.to, iuravit corporaliter tactis scripturis, firma, rata, et grata habere tenere, ac inviolabiliter observare, ac dictum locum, sivè castrum tenere, salvare, et custodire, ac regere, et gubernare rectè, et legaliter ad honorem, statum, et augmentum praefatae Mag.cae Communitatis, in ipsoque Castro ponere, et deputare Capitaneum gratum, et acceptum ipsi Communitati, cui promissum est, eiusdemque loci introitum, et exitum die, noctuque praebere ad omne beneplacitum, ac mandatum praefatae Mag.cae Communitatis Utini.

Acta fuerunt haec super magna sala Domus

ipsius Cameraris Utini.
Presentibus &c.

omissis.

Datum Utini die Martis 17° Mensis Januarii 1413. Ind. 6a

Ex Annalibus m.cae Civitatis Utini
Ferandus Ornianus Canc.
1790 prima Octobris

1420.

Die sabbati 28. septembris.

Actum Utini: super Cancellaria Communis coram suprascripto Dño Thomasio de Placentinis Honorabili Capitaneo Terrae Utini: In Convocatione ibidem congregata pro infrascriptis agendis, in qua interfuerunt &

In qua quidem Convocatione venerunt ser Gulielmus Leopoldi, ser Gulielmus Ruppi, et Mr. Christophorus sartor tanquam Ambasciatores Communitatis Civitatis Austriae cum litteris credentialibus pro parte ejusdem Communitatis, et post debitam salutationem exposuerunt &

omissis.

Ex Annalibus M.cae Civitatis Utini
Ferandus Ormianus Cancell.
die. 13. Oct. 1720

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

1422

Die Mercurij septimo mensis Octobris
Actum in Cancellaria Communis

Nota Tutti Nobili Cittadini ||

In Convocatione dominorum septem, et decem deputatorum: in qua interfuerunt Nobiles, et prudentes Viri dominus Nicolaus de Savorgnano, Leonardus Iovanis Thealdi, Iacobus Mancini, Lodovicus de Montegnaco, Augustinus Bearbenij, Ioannes de Ligana, Ioannes de Castro Utini, Gabriel de Soldonerijs, Christophorus de Faganeà, Antonius Nicolai, Petrus Bonus Iovanis, Odoricus Girardini, Nicolaus Bomben, Antonius Mullij Camerarius prefati Communis Utini.

omissis

Ex Annalibus M.ca Civit. Utini
Ferandus Orsianus Canc.
die 13 Oct. 1740

1422

Die Martij 20 Mensis Octobris

Actum Utini super Cancellaria Comunis.

In Convocatione Dominorum Deputatorum ad Regimen, in qua interfuerunt Nobiles, et Sapientes Viri, S. Nicolaus de Savorgnano S. Ioannes Notarius de Quadruvio, S. Lodovicus Notarius de Montegnaco, S. Augustinus Barberij, Dnus Ioannes Moysi, S. Gabriel de Soldonerijs, S. Christophorus de Faganea, S. Ioannes de Castro Utini, S. Petrus Bonus Notarius, S. Lodovicus Gerardini, S. Nicolaus de Montegnaco, S. Carolus della Turre, S. Lodovicus de Percoto, S. Nicolaus Bomben, S. Rainerottus, Procuratores hi duo, S. Antonius Mussij Camerarius Comunis, et Nicolaus Notarius Philittini Proto Cancellarius Comunis

Omissis

Ubique coram ipsis Dominis de Regimine Utini Lecta, et declarata fuerunt Capitula infrascripta

Omissis

Ex Annalibus M.cae Civitatis Utini
Ferandus Orsianus Cancell.
die. 13. Oct. 1770

1423.

Die Mercurij 3.ae Mensis Februarij
Actum Utini super Cancellaria Communis
In Convocatione Dominorum septem, et
decem deputatorum ad Regimen:
in qua interfuerunt Nobiles Viri
Nota Tutti Cittadini Nobb. || S. Nicolaus de Savorgnano, S. Jacobus
Marini, S. Lodovicus Nobilis de
Montegnaco, S. Augustinus Barbeij,
S. Joannes Nobilis de Strasolis, S.
Joannes de Castro Utini, S. Odoricus
S. Hectoris, S. Christophorus de Fagnea,
S. Nicolaus Bombeni, et S. Rainerius,
hi duo Provisores Communis Utini,
S. Antonius Masij Camerarius dicti
Communis, et S. Nicolaus Nobilis
Philettini ~~Prod~~ Cancellarius.

omissis

Ex Annalibus M.ce Civit. Utini
Ferandus Orvianus Canc.
Die 3. Oct. 1740

1420.3 Marzo

Thomas Mocenigo Dei Gratia Dux Venetiarum &c.
Nobilibus, et Sapientibus Viris Jacobo Trivisano
de suo Mandato Locumtenenti Patriae Fori Julii,
et Successoribus suis Fidelibus salutem, et dilectionis
affectum.

Cum fidelis nostra Communitas Utini Dominio nostro
Juramentum fidelitatis, et obedientiae fecit, et
Ambasciatores suos ad nostram presentiam desti-
navit pro ipso Juramento faciendo cum presenta-
tione certorum Capitulorum ad eadem exempla
nostras exhibuimus responsiones, ut infra conti-
neri videbitis, cum Nostris Consiliis Rogatorum
et additionis die 19 Mensis Junii Millesimo qua-
dringentesimo decimo nono, Nos itaque modo
superinde parte Communitatis predicte, quod di-
gnemur ipsas responsiones in Litteris suis
Ducalibus inserere. Ecce requisitionibus suis
duximus benignus annuendum, facientes ipsas
per presentes nostras Litteras cum bulla nostra
plumbea presentibus validare. Vobis mandantes,
quatenus ut iacent, effectualiter observetis, et
faciatis inviolabiliter observari. Tenor talis est &c.

Quod dicta Communitas potest esse certissima, quod in-
tendimus eam habere tamquam bonos, et fideles

servitores nostros, et ut videant, et cognoscant bonam intentionem nostram ad bonam gubernationem Civitatis, et totius Patriæ, deliberavimus mittere unum nostrum Locumtenentem qui rapresentare debeat Nostrum Dominium et habeat custodiam dictæ Terræ, et ut Communitas cognoscat humanitatem, et benignitatem nostram, sumus contenti, et placet nobis, quod dicta Communitas debeat se regere, et gubernare secundum statuta, Ordines, et consuetudines suas facere, et eligere suos Deputatos, et Officiales prout consueti sunt facere per elapsum, et quod fiat ius in Civilibus secundum mores suos &.

Dat: in Urbe Nra. Nap.a die 5.o Mensis Martij Ind.nis Ima. Millesimo quadringentesimo vigesimo tertio.

Ex Voluminibus m. Capitulis Univ.tis

Ferandus Ormianus Canc.

Die 10 Nov 1740

1423

Die dominico 14. Mensis Martij

Actum Utini in Cancellaria Communis

In Convocatione dominorum septem, et decem deputatorum: In qua interfuerunt Egregij et Nobiles, ac Prudentes Viri, Nicolaus de Savorgnano, Leonardus Notarius Thealdi, Iacobus de Maninis, Lodovicus de Montegnaco, Carolus della Turre, dnus Joannes Mositi, Petrus Bonus Notarius, Joannes de Castro, Dominicus de Percoto, Rajnerotus, Antonius Arcugli, Augustinus Barberij, Petrus Paterini, Dominicus Gerardini, Nicolaus Bomben, et Antonius Mutij

Nota Tutti Cittadini Nobb. ||

Super propositis etc.

omissis

Ex Annalibus m.cae Civitatis Utini
Ferandus Damianus Canc.
die 13. Oct. 1740

[illegible]

1423

Die 16.a Mensis Maij.

Actum Utini in Cancellaria Communis

In Convocatione Regiminis: In qua inter=
fuerunt Nobiles, ac Prudentes Viri ser Carolus
della Turre, ser Joannes de Fagana, ser Petrus
Pattavini, ser Nicolaus de Montegnaco, ser
Joachinus de Cassinis, ser Odoricus ser Hectoris,
ser Odoricus Gerardini, ser Nicolaus Bomben
Procurator dicti Communis, ser Antonius
Nitij Camerarius dicti Communis, ser
Nicolaus Chilittini Vice Cancelarius,
et Ego Joannes de Montegnaco Cancel=
larius dicti Communis, ser Joannes de
Castro Utini, et ser Antonius Notarius
Mathiussij

Deliberatum fuit ser

omissis

Nota Nuovi Cittadini Nobb. ||

Ex Annalibus m.ca Civit.is Utini
Ferandus Ormanus Canc.
Die. 13. Oct. 1740

1426 - Indict. 4.a

Die hora septima mensis Octobris

Actum Utini

Super sala domus Communis:

Convocato Consilio dictae Communitatis Utini more solitoque

omissis

Super propositis per dominos septem deputatos exponentes, qualiter eorum officium expiravit, et propterea instantes, quod fiat electio aliorum dominorum septem deputatorum pro praesenti medio anno nunc inchoato, deffinitum fuit quod ipsi domini septem deputati faciant electionem aliorum dominorum septem deputatorum iuxta morem solitum, et quod tunc ipsos nominent in Consilio, quod Consilium tunc ipsos habeat confirmare, et sic tunc electi fuerunt infrascripti, et per eorum Consilium confirmati

Nota
Tutti Cittadini
Nobb.
||

Nobiles
ß Carolus della Turre
ß Nicolaus de Savorgnano
ß Joannes de Cayono Utini
ß Nicolaus de Venzono

S. Petrus Bonus Notarius

S. Joachinus de Cassinis

S. Nicolaus de Coneglano

Domini decem Deputati addita

S. Joannes de Sugana

S. Petrus Zvede

S. Simon q. Zreghi

S. Petrus Casseozini

S. Daniellus Notarius

S. Odoricus de Bevato

S. Joannes de Caradrucco

Dnus Joannes Mojsi

S. Odoricus q. Hectoris

S. Rajnerottus

Ex Annalibus M.ae Civitatis Utini
Ferandus Ormianus Cancell.s
die 13. Oct. 1740

1426

Die Lunæ 23.° Mensis Decembris

Actum Utini in Convocatione Regiminis, in qua interfuerunt Viri Nobiles, et Circumspecti: Vid.t ꝑ Urbanus de Savorgnano ꝑ Nicolaus de Venzono, ꝑ Nicolaus de Savorgnano, ꝑ Petrus Bonus Notarius, ꝑ Joannes, ꝑ Nicolaus della Turre, ꝑ Gabriel de Sodonariis, ꝑ Leonardus Notarius Theatti, ꝑ Rajnerottus, ꝑ Odoricus ꝑ Hectoris, ꝑ Alojsius Nob. de Montegnaco, ꝑ Zanibellus Notarius, ꝑ Christophorus de Faganea, ꝑ Petrus de Cassinis Provisor, ꝑ Augustinus Carnevarius Communerarius, et ꝑ Nicolaus Notarius Philittini ~~Provo~~ Cancellarius. Super propositis omissis

Nota Tutti Cittadini Nobb. ||

Ex Annalibus M.cæ Civitatis Utini
Ferandus Ornianus Canc.r
Die 13. Oct. 1740

1431 Ind.ne 9.a

Die Lunij 25.a mensis Julij. Actu Utini.

In Convocatione Regiminis: In qua quidem Convocatione interfuerunt Viri Nobiles, et Egregij: Vid.t Dnus Antonius de Sancto Daniele utriusq. Iuris doctor, S. Zanitellus Notarius, S. Nicolaus Not.s de Montegnaco, S. Gaspar de Brazzacho, S. Antonius Lombardi, S. Antonius de Percoto, S. Odoricus de Soldonerijs, S. Nicolaus della Turre, S. Nicolaus de Savorgnano, S. Nicolaus de Verzone, S. Ioannes Raynoldi, S. Ioachinus de Cattinis Provisor Communis, ac S. Franciscus Ropretus Vice Camerarius

Nota Tutti Cittadini Nobb. ||

In dicta Convocatione deffinitum fuit S. omissis

Ex Annalibus M.cae Civit.s Utini
Ferandus Orvianus Canc.
die. 13. Oct. 1740

1438. Ind. p.ma Actum Utini.

Die 14. Mensis Iunij. sub.s Magna Sala Domus Communis

In Convocatione Regiminis: in qua quidem Convocatione interfuerunt Viri Nobiles et Egregij Vid.t ser Urbanus de Savor=gnano, ser Jacobus Manini, ser Nicolaus de Bomtenis, ser Odoricus Clevardini, ser Marchor de Strojanaua, ser Joannes Rainoldi, ser Odoricus ser Hectoris, ser Gaspar de Cevaneo, ser Hector de Brazzaco, ser Alojsius de Orbacinis, ser Paulus ser Zani, ser Leonardus ser Augustini Camerarius nostre Com=munitatis.

Nota
Tutti Cittadini
Nobb.

In dicta Convocatione propositum fuit ser

omissis —

Ex Annalibus m.s Civit.s Utini
Ferandus Ornianus Canc.s
Die. 13. Oct. 1740

1441 Ind.ne 4.a

Die Mercurij 19. Mensis Julij

Actum Urbini super magnâ salâ domus Communis.

In Convocatione Regiminis: In quâ quidem Convocatione interfuerunt Viri Nobiles et Cittadini: Vid.t Ser Urbanus de Sauorgnano, Ser Thomas Candidi, Ser Hector de Brazzano, Ser Antonius Lombardi Ser Philippus de Maninis, Ser Jacobus Corbelli, Egr: legum doctor Dnus Joannes Mosti, Ser Antonius de Caualcantibus, Ser Nicolaus de Sauorgnano, Ser Simon Ser Freschi, Ser Ordricus Gerardini, Ser Nicolaus de Bomberis, Ser Vincentius de Percoto Ser Joannes de Monticolis, Ser Joannes Rainoldi Camerarius.

Nota Tutti Cittadini Nobb.

In d.a Convocat.e deffinitum fuit ser omissis ser

Ex Annalibus m.ae Civitatis Urbini
Ferandus Ornianus Canc.
Die 13 Oct. 1740

Ex Tomo vigetimo tertio signato:
Rerum Italicarum Scriptores ab Anno &
Ludovicus Antonius Muratorius &

Fol. 68–

In allocutione Pii 2. Pontificis ad
Cardinales, et Legatos Principum &

= Congregationis Locus aut in Utini Civitate erit, aut
= Mantua, propter maximam utriusque in hoc oppor=
= tunitatem &

Fol. 70.

= Pius Episcopus Servus Servorum Dei Universis, et
= singulis Christifidelibus has nostras litteras inspecturis
= salutem, et apostolicam Benedictionem. &
= Cogitantibus autem de conventionis Loco duo nobis
= occurrerunt, vix trium dierum itinere inter se distan=
= tia, quae pensatis rerum, ac temporum conditionibus satis
= opportuna esse videntur. Mantua scilicet ad Min=
= cium sita fluvium, aut procul a Lacu Benaco;
= et Utinum in Agro forojuliensi. &
= Utinum quoque insigne oppidum est, et magni Popu=
= li capax, fertilitate circumjacentis Agri, et Maris
= vicinitate ad conventus aptissimum celebrandos,
= rei etiam, quae tractanda est, commodissimum. &

Dat. Romae apud Sanctum Petrum III. Idus Octob.
Pontificatus nostri Anno primo M.CCCCLVIII.

Desumptis fideliter et sub.t reg.i
Ferandus Ormanus A.V. ac Mag.
Civitatis Utini Not.r Coll.o et Canc.
Die 10. Nov. 1740.

1449

Die Mercurij xi: mensis May

Utini

Sub Lozia Communis

In Convocatione, in qua interfuerunt Viri Nobiles, et Cives ser Urbanus de Savorgnano, ser Simon ser Fregchi, ser Aloysius della Turre, ser Nicolaus Bombeni, ser Antonius Lombardi, ser Nicolaus Raimundi, dnus Joannes Mosi, dnus Franciscus Philittini, dnus Joseph de Colle, ser Federicus de Savorgnano, ser Odoricus Levardini, ser Franciscus de Colloreto Camerarius Communis

Nota
Tutti Cittadini
Nobb.

In dicta Convocatione deliberatio facta omissis

Ex Annalibus M.^ca^ Civit.^is^ Utini
Ferandus Orvianus Canc.
die 13. Oct. 1740

[illegible]

1462. Ind.^{ne} x^{ma}

Die Martij 3.^a Octobris

Actum Utini: In Stupa Pallatij Communis.

In Convocatione, in qua interfuerunt Mag.^{cus} et Generosus D.nus Justinianus Miles pro Ill.mo Ducali Dominio Nostro Venet. Patriae Fori Julij Locumtenens, Nobilesque Viri D. Urbanus de Saviorgnano, D.nus Joannes de Melsio Doctor, & Joannes Chillinus, & Odoricus de Susanis, & Joannes Ginesi, D.nus Fran.^{cus} de Philittinis Doctor, D.nus Georgius Nicoli doctor, D.nus Fran.^{cus} Marini Doctor, & Hieronymus de Partistano, & Thomas de Pavona, & Fran.^{cus} Rainoldus, & Urbanus Notarius, & Candidus Rainerotti, & Petrus Notarius Medicus, & Thomas Dnus Nussa Provisor Communis, et & Aloysius de Joppo Camerarius

Nota Tutti Cittadini Nobb. ||

& propositionem factam per Mag.^{cum} D.num Locumtenentem

omissis

Ex Annalibus m. Civit. Utini
Ferandus Ormanus Canc.
Die 3. Oct. 1740

1468. Ind. 1.ma

Die X.ma Mbris. Actum Utini

In Camino Pallatij Communis

In Convocatione infrascripta, in qua intervenerunt
Viri Nobiles, et Cives videlicet: Dnus
Gibellinus de Savorgnano, Dnus Georgius
Nota / Tutti Cittadini / Nobb. / || — Nicoli doctor, s. Carolus s. Zani, s.
Nicolaus Dni Honestus, s. Nicolaus
Pellavini, s. Hector de Brazzaco, s.
Hieronymus de Portistagno, s. Gugliel=
mus de Colloredo, s. Marquardus Su=
sana, s. Bertrandus de Savorgnano,
s. Joannes de Tingo, s. Candidus Raina=
rotti, s. Erasmus Susana Provisor
Communis, s. Baptista de Stroglia=
nuca Camerarius Communitatis,
et s. Raphael Notarius de Torellis
Cancellarius Communis.

In dicta Convocatione proposuit s.

omissis

Ex Annalibus m.ca Civit. Utini
Ferandus Orsianus Can.
Die 3. Oct. 1740.

1489 Ind.e 7.a

Die 4.a septembris. Actum in Camera Pallatij in loco consueto

In Convocatione more solito congregata coram Mag.co et Clar.mo D.no D.no Lodovico Bragadino Locumtenente dignissimo, in qua Convocatione interfuerunt spectabiles, et Nobiles Domini Antonius de Savorg.no, ac D. Rizzardus de Strassoldo, ser Nicolaus de Pavona, ser Romanus de Attemps, ser Brandolinus de Strassoldo... et ser Asquinus de Strassoldo ... tati, D.nus Franciscus de Maniaco, D. Simon de Ghillettinis, ser Thomas Freschi, ser Andreas de Cursellis, ser Thomas de Fingo, ser Petrus de Cursellis, ser Andreas de Cursellis, ser Nicolaus de Savorgnano, ser Bernardinus de Strassoldo, ser Odoricus de Susanis, et ser Joannes D.ni Benvenuti.

Nota
Tutti Cittadini Nobili

In d.a Convocatione

omissis

Ex Annalibus m.ce Civit.is Utini
Ferandus Ormanus Canc.
Die 13. Oct. 1740

A.

1506. 11. Martii

In Consilio more solito congregato

Mag. Dnus Antonius Savorgnanus Doctor proposuit, quod licet Officium Spect. Dnorum Deputatorum non sit finitum, tamen bonum esset facere electionem eorum successorum propter non gravare Consiliarios in diebus festivis Resurectionis Dni proxime futuris et sic per ipsum Spect. Consilium ordinatum fuit, quod fiat electio ipsorum Dnorum Deputatorum; et ibidem secundum antiquam consuetudinem præfati Spect. Dni Deputati cum præfato Mco. D. Anto. Savorgnano exiverunt ipsum Consilium, se reducentes in Logiam ad locum eorum Officii fecerunt electionem suorum Successorum; videlicet quilibet eorum elegit suum successorem. Deinde elegerunt tres de adjuncta secundum consuetudinem; et per ipsum Magm. D. Antonium, et Spect. Dnos Deputatos, nemine discrepante, approbati fuerunt. Et demum redeuntes in Consilium mandaverunt publicari ipsam electionem, et singuli ipsorum sic electorum laudati, approbati, et confirmati fuerunt pro sex mensibus futuris secundum consuetum; vid. per ipsum Spect. Consilium nemine penitus contradicente.

Formalità praticata prima della Riforma del Conseglio

||

Dnus Andreas de Belgrado Dr.
Petrus de Curbellis
Odoricus de Susanna
Sebastianus de Montefalcone
Joannes de Monticulis
Antonius de Maninis, et
Joannes Ant. de Maniaco
} Spect. Dni septem Deputati

Tutti Nobili.

Dnus

Dnus Franciscus de Dalmatio
& Asquinus de Sbrojavacca
& Odoricus & Hectoris

Spect. Domini de additione

Ex Annalibus M.ca Civitatis Utin.
Ferandus Corniamus Cancell.s
Die 9. Oct. 1770.

In Magnifico Consilio Arenghi Civitatis
Utini

Die 16 Maii 1510.

In quo Consilio D. Joannes Franciscus de Bruzavacca unus ex supradictis Sp. Sp. D.D. Deputatis, quod si usque modo non sunt factae illae debitae, et convenientes provisiones contra Inimicos, et Gentes Caesareae Maiestatis pro Conservatione huius Civitatis, et Patriae, hoc ideo evenisse dixit, quia semper speravimus de Pace; Verum cum Inimici praedicti superiori die venerint, et fortia ad damna nostra discurrendo, depraedando, et cremando Villas Patriae illis vicinas, et dubitatur ne in diem faciant maiora damna, et depraedationes, et incursiones per Patriam, et iam prope sit tempus messis, et colligendi fructus existentes in agris, ea propter ipse D. Jo.s Franciscus, et Collegae convocari fecerunt praesens Sp. Consilium, in quo unusquisque dicere, et proponere possit illud, quod sibi proponendum videbitur, et deinde per ipsum Consilium consultari, et deliberari possit, quod melius et utilius superinde fieri debeat.

Super qua propositione cum per Consiliarios antedictos factae fuissent plures Propositiones circa hanc materiam, et res praedicta ducta fuerit

in Longa consultatione, tandem Mag.cus Dnus Anto-
nius Savorgnanus antescriptus, et prædictus Dnus
Joannes Franciscus de Sbroiavacca Deputat. no-
mine suo, et Collegarum ponunt partem infra-
scripti tenoris.

Quod considerata temporis conditione, et urgenti neces-
sitate providendi indemnitati, et conservationi hu-
jus Civitatis, et Patriæ, et ut fidelitas nostra erga
Ser.: Due. Dominium nostrum hactenus per hanc
Magnificam Comunitatem demonstrata magis
augeatur, et augeat, etiam per demonstrationem
et collationem pecuniarum particularium, et
privatorum Civium, et incolarum hujus Civi-
tatis, et hæc Civitas, tamquam Metropolis, et
Caput hujus Patriæ illud idem pro viribus fa-
ciendi, et prælibatum Ser.mum Due. Dominium nostrum
ad promptitudinem nostram citius moveatur
ad præstandum nobis conveniens suffragium
et præsidium, tam Equitum, et Peditum, quam
commeatum, et aliarum rerum pro ut opus fue-
rit. Quodque pecuniis particularium, et privato-
rum Civium, et incolarum, sive Habitatorum
Terræ Utini, secundum eorum vires, et faculta-
tes solvi debeant stipendia ducentorum Equitum
Strancorum, qui non sint de Patria per menses

quatuor

quatuor, prout, et quemadmodum per prefiba-
tum Ser: Duc: Dominium nostrum talibus
Equitibus solvatur dicta stipendia, et quod eli-
gi, et deputari debeant quatuor, Egr: Cives, et
duo Artifices, qui eorum debito iuramento
limitare, et taxari possit, et debeant omnes,
et singulos Cives, et Habitatores huius Civita-
tis, quos cognoverint habere possibilitatem con-
tribuendi iuxta facultates eorum, ad dandum,
et solvendum ratam pecuniarum eis tangentem
usque ad integram solutionem predict. Stipendii
ducentorum Equitum per quatuor menses ut
supra, et quod ipsi Cives, et Artifices taxatores
eligere possint unum Exactorem dictarum
pecuniarum prout eis videbitur, et quod eligi,
et deputari debeat per hoc Concilium unus
Egr: Civis, qui sit Capsarius, sive depositarius
dictarum pecuniarum, et quod eligi, et mitti de-
beant duo preclari Oratores ad pedes Seren.mi
Duc: Dominii Nostri ad exponendum, et hu-
militer supplicandum, quod cum hec sua
fidelissima Civitas perseverando in sua con-
stanti, et inconcussa fide parata sit pro
conservatione ipsius Civitatis, et Patrie, ac
Status prefati Seren.mi Dominii, ne dum tenues

Facultates suas, verum etiam proprium San-
guinem fundere, et Vitam dare, quod Excel-
latum Serenissimum Dominium nostrum ex solita
sua Clementia, et Benignitate dignetur mit-
tere, et tenere in hanc suam Patriam illud
validum, et conveniens Praesidium Equitum
et Peditum, quod sit sufficiens ad resistendum
et comprimendum Hostiles Gentes Caesareae
Maiestatis, quae quasi singulis diebus faci-
unt incursiones, et depredationes, ac incendia
per diversas Villas, et loca Patriae &.

Quae Pars per omnes de dicto Consilio, nemine dis-
crepante capta fuit.

Ex Voluminibus M.cae Civitatis Ulcin[ii]

Ferandus Ormanus Canc.

Die 14 Nov. 1740

B.

In Christi Nomine Amen.

Anno Nativitatis ejusdem 1513. Ind. p.ma

Die Dominico 24 mensis Aprilis

Actum Utini in Caminio Palatii Communis
in pleno Consilio Terrae Utini congregato ad
sonum Campanae. Coram M.co et Cl.mo Equite
D.no Andrea Trivisano pro Ser.mo ac Excel.
Ducali Dom. nro Venetiarum Patriae Fori
Julii Locum.te dignis.mo et Provisore Generali etc.

51 Br. 24 Aprile. In quo quidem Consilio Clariss. D. Locum. antescriptus
Riforma.ne eleganti oratione, ac melliflue sermone dixit:
del Consiglio quod si toto tempore Magistratus sui ob singularem
di Udine amorem et ingentem affectionem, quam habet erga
hanc fideliss. Communitatem Utini, usus fuit omni stu=
dio, solicitudine, vigilantia, et diligentia ad omnia, et
singula concernentia decus, utilitatem, et ornamentum
ipsius Civitatis; et praecipue ad illa, quae spectant, et
pertinent ad bonam, et rectam gubernationem illius.
Nunc maxime in fine felicis regiminis, et Magistra=
tus ejusdem bonam mentem, ac bonum animum,
et voluntatem suam ad utilitatem ipsius Civitatis, et Com=
munitatis ostendere nixus est. Participato namque
Consilio, et opinione sua cum Spectabilibus D.nis Deputatis,
ac cum pluribus aliis Egregiis Civibus hujus Civitatis circa
reformationem, et correctionem capitulorum editorum,
et formatorum super bona gubernatione ipsius Civita=
tis etc. Et propterea praelibatus Clariss. D. Locum. quadam
paterna charitate, et immenso amore omnes de dicto
Consilio plurimum hortatus est, ut depositis, et semotis
odiis, rancoribus, ac inimicitiis, et factionibus qui=
buscumque vellint se mutuo, et fraterno amore

complecti, et Selvestrum tueri, et fovere, ad commune et universale bonum hujus Civitatis unanimiter et concorditer conspirare. Et Statuta, ac Capitula prædicta, quæ ad universale bonum, decus, et ornamentum ipsius Civitatis facta, et reformata sunt, et quæ in presentiis Consilio ad omnium notitiam, et intelligentiam legentur, et publicabuntur per omnia suffragia confirmare, et approbare velint. Deinde Sp. Legum Doct. D. Nicolaus Juliota unus ex antelaptis Annis Deputatis surrogatis de mandato prælibati Clarissimi Dni Locumt. et cum voluntate aliorum Dnorum Deputatorum, Statuta, et Capitula prædicta vulgari, ac alto, et intelligibili Sermone sigillatim legit, et publicavit; et sunt tenoris infrascripti. Vz.

Primo quod omnes illi, qui de cætero creabuntur de Consilio dictæ mag.cæ Communitatis debeant esse veri Cives, et continui habitatores cum sua familia prædictæ Civitatis saltem per annos ad minus quinque qui faciunt omnes impositiones et subeant onera dictæ Civitatis, sive sint Nobiles, sive Populares, et habeat quilibet eorum ætatem annorum ad minus XX; eliganturque secundum antiquissimam consuetudinem per Consilium dictæ Civitatis ad bussulos, et ballottas modo infrascripto. Ex quibus remaneant Consilium numero Civium ad summam centum, et quinquaginta, et Popularium ad numerum octuaginta; ita quod totum ipsum Consilium resideat in personis tam Civium, quam Popularium ad numerum ducentorum triginta; Quod tum Consilium congregari, aut convocari nequeat sine licentia et interventu mag.ci et Claris.mi Dni Locumt. pro tempore existentis. Omissis

Secundo

Cæterum

8. Caeterum pro conservatione amoris, et unionis hujus Civitatis Illmus Mag. et Clariss. D. Locumt. et Provisor suprascriptus proposuit: Quod circa electionem Deputatorum ipsius Civitatis, et illorum della Zonta Convocationis dictae Civitatis servetur modus infrascriptus. Vid.

Iuxta solitum congregetur Consilium hujus Civitatis, et quot quot in eo interfuerint, et affuerint Consiliarii, totidem ejusdem qualitatis, et magnitudinis imponantur ballottae argenteae in uno Capello; inter quas imponantur etiam ballottae triginta sex aureae, quarum sex sint ~~sint~~ signatae cum Litera D. Decem et octo cum Litera C.; Duodecim verò cum Litera P. ita quod in totum ~~tot~~ sint ballottae aureae et argenteae quot affuerint Consiliarii, computato no. D. Locumte. et Dnis Deputatis; et quod in primis Mag. D. Locumt., et Septem Dni Deputat. per ordinem extrahant de Capello unam ballottam; et deinde caeteri per ordinem eant ad Capellum; et quibus obvenerit ballotta argentea ~~non~~ signata, non habeat facultatem nominandi aliquem: Hii verò, quibus per sortem contigerit habere ballottam auream signatam Litera D. possint, et valeant nominare in Deputatum unum Doctorem, quem voluerint; et quibus obtigerit ballotta aurea signata Litera C. nominare possint etiam unum Civem, quem voluerint pro quolibet. Hii verò, quibus contigerit extrahere ballottas signatas Litera P., si celbra P. Literam dicta ballotta habebit desuper crucem, possit nominare in Deputatum unum popularem habitantem in Burgis hujus Terrae; Illi verò, quibus contigerit Litera P.

sine

sive extra possint nominare unum ex popularibus
de corpore Civitatis in Deputatum. Nominatio
autem hujusmodi et etiam illorum della Zonta
fiat secretè penes Cancellarium ut supra.
Et primo loco ballottentur sex Doctores nominati,
et duo ex eis, qui reportaverint plura suffragia
in dicto Consilio dum tamen excedant dimidium
remaneant pro illis sex mensibus Deputati.
Postea verò ballotentur successivo ordine decem et
octo Cives, et quatuor ex eis, qui habuerint plura
suffragia, et excesserint dimidium Consilii rema-
neant pro Deputatis ut supra. Deinceps ballotentur
illi XII. populares nominati ut supra; et ille qui
reportaverit plura suffragia excedentia dimidium
Consilii ut supra remaneat pro Deputato illius mutæ
sive sit de corpore Civitatis, sive de Burgis.

9 Declarando, quod per neminem de suprascriptis, nec
infrascriptis nominari possit persona, quæ non sit
de corpore Civitatis nostræ.

10 Et pariformiter ponantur aliæ novem ballottæ intra
præfatum totum numerum ballottarum signatæ litera
Z. et quibus obvenerint præfatæ ballottæ nominare
possint novem de Zonta, sive additamento Convoca-
tionis, et ballotari debeant ut supra, et qui repor-
taverint plura suffragia excedentia tamen dimi-
dium partem Consiliariorum remaneant pro illis
della Zonta.

Omissis

Leonardus

Leonardus Lauredanus Dei Gra. Dux Venetiarum
Nobilibus, et Sapientibus Viris Jacobo Baduario de Suo
mandato Locumt. Patriæ Fori Julii, et Successoribus Suis
fidelibus dilectis, salutem et dilectionis affectum.
Præter id quod per literas diei 16. hujus mensis ad Supplicatio=
nem Spectabilium oratorum istius Civit.tis Communitatis
nostræ vobis scripsimus, decrevimus cum Collegio nro.
In majorem ejus satisfactionem per præsentes nomi=
natim vobis declarare mentis, et firmæ nræ intentio=
nis esse, quod infrascripta omnia ipsi fidelissimæ Com=
munitati nostræ inviolabiliter serventur; Vid.t et
Primo quod electio Officialis Communis spectet, et per=
tineat ad ipsam fidelissimam Communitatem, sicuti sem=
per retroactis temporibus spectavit. Secundo. Appro=
bamus, et confirmamus novas reformationes Statu=
torum, Capitulorum, et ordinum factorum sub Regimi=
ne Viri Nobilis Andreæ Trivisani Equitis proximi
prædecessoris vestri; ac etiam Consilium nuper factum,
et ballotatum vestro, ac Viri Nobilis Faustini Barbi
Sindici nostri cum interventu. In quantum scilicet
spectet ad bonum regimen istius Civitatis, et ab ordinibus
suprascriptis supranominati proximi prædecessoris vestri
non discrepet, vel dissentiat. Tertio. Quod literæ nræ
Ducales cum Senatu nro concessæ Collegio Notariorum
istius Civitatis nræ per diversa tempora &c. omittis &c.

Dat. in nro Duc. Pal. die 18. Junii Ind. I.ma 1513.

Ex consimilibus authen. in Cancell.ria
m.ca Civitatis Utini existentibus
Ferandus Ornianus Cancellarius
die 4. Oct. 1740

# Parte presa
## Nel mag.co mag.r Conseglio della Città di Udine
## Il dì 15. Aprile 1518.

Nota
Che li Cittadini Nobili siano di tempo in tem=po descritti in matricola sepa=rata dall' ordine dei Cittadini Popolani
||

Perche dove non è ordine li di necessità seguita confusion non sentia universal displicentia de tutti; e p evitare ogni scandalo, che per alcuno disordine potesse mai intervenire, ad acciò che ognuno li contenga nel suo grado, li spec. sette Deputati inerendo alle ordinationi antique pro=pongono l'infratta Parte:

Item che p lo Cancelliero della Comunità sia fatta nota de tutte le famiglie, quali ora li ritro=vano in la Terra in lo numero, et ordine di Cittadini; e tutte quelle sono in ordine dei Popolani; et cosi in futurum quelli saranno admessi, siano adjuncti, et posti al suo grado, et ordine.

Ex Annalibus M.cæ Civitatis Utini
Ferandus Ormianus Cancell.s
Die 7. Nov.s 1740

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]

Quoniam semper in hac prestantissima Civitate Utinensi, que incliti Aquilejæ ab Athila everse subiit vices, atque ideo Principum authoritate perpetuo fœdere iampridem connexe comunibus dignitatibus, et privilegiis perfruuntur consilium, et off.ᵃ Reipublice ex duobus Civium ordinibus Nobilium, ac Popularium, atque ex conducentibus utrorumque numero constitere: eorumdemque ordinum distinctio maioribus nostris satis nota fuit: ne tamen increscente in dies numero Civium posthac aliqua confusio oriretur tam in creandis, quam in officiis conferendis; idem vero inherendo antiquorum nostrorum observationibus, et sanctionibus per Serenissimum Dominium Venetum nuper nobis confirmatis, comuni consensu totius Mag.ᶜⁱ Maioris Consilii nostri decretum fuit 1518. Ind.ᵉ 6. die XXV. April.ⁱˢ, ut deinceps omnium Nobilium Familiarum Civitatis Utinensis nomina in uno volumine velut quadam Matricula conscriberentur, ne imposterum aliqua Familia Nobilis fraudolenter addi, aut diminui possit absque eiusdem Consilij decreto; verum ut ille solummodo Familie dignoscantur esse de numero Nobilium, que in tali Matricula conscripte reperientur, alie vero omnes de numero Popularium censeantur, nisi

a Liber eis fuerit per idem Consilium dispensatum, dummodo saltem per quinquennium in Urbe commorantes publica subierint onera.

Propterea in eiusdem sanctissimi decreti executione sic dictantibus Mag.cis Dnis Deputatis cum Consilio complurium Civium ego Matheus Clapisius Cancellarius publicus seriatim procedam absque ullo Nobilitatis Familiarum discrimine, aut praerogativa incipiendo a Personis dignioribus, quae in praesentiarum reperiuntur conscriptae in praedicto Mag.co maiori Consilio; tali ordine servato, ut ubicumque unus de aliqua Familia primus in praedicta Matricula conscriptus fuerit, alii omnes de eadem familia eidem subscribantur, omissis tamen filiis familias, qui omnes cum eorum Parentibus censeantur quemadmodum etiam non inserti fuerint Ecclesiastici, qui si ad Seculum aliquando reverterentur eorum Locus reservatus intelligatur ne unquam aliqua confusio oriatur, verum semper impostemum dignosci possit unusquisque cuiusnam Familiae sit ad perpetuam omnium ordinum conservationem, tam ipsius dignissimi maioris Consilii, quam officiorum praestantissimae Civitatis nrae, ita ut nulla potthac

corruptela

corruptela insurgere possit: atque ut deinceps tã Consiliarii ipsi, quàm omnia alia offitia publica suis tantumodo gradibus conferantur, neque aliquatenus confundantur: uidelicet quod spectantia ad gradum Nobilium Civiũ nostrorum ex Nobilibus solum Familiis in propria matricula conscriptis creari, ac constitui possint: ac similiter spectantia ad gradum Popularium ex solis Popularibus. Spiritu igitur Paraclito aspirante aggredamur

Mag.^cus ac Clarissimus D. Hieronymus Savornianus Patritius Venetus Comes, et Eques q.^m Mag.^ci D.ni Pagani.

Mag.^ci D.ni Franciscus, et Bernardinus } Fres Savorniani Patribus Veneti q.^m M.^ci D. Ioannis

Mag.^ci D.ni Io: Bapta, et Paganus } Fres Savorniani Pat. Ven: q.^m M.^ci D. Iacobi.

qui omnes sunt tantũ

quinque.

Sequitur conscriptio spectabb: D.D. Iurisconsultorum seriate serie Collegii eorũ, ac insuper aliorũ Doctorũ cum pari subscriptione singulorũ de Familiis eorumdẽ.

D. Bernardinus Bertola Iurisdoctor — unus tantũ

D. Rodericus Merula Iurisdoct. q.^m D. Io: Antonii de S.^to Daniele

D. Bernardinus } Fres
D. Benvenutus }

qui sunt tantum n.o tres

D.r Franciscus Sanizius de Tulmetio Jurisdoctor
unus tantum

D. Nicolaus Pulliola, Jurisdoctor
unus tantum

D. Jacobus Florius Jurisdoctor
unus tantum

D. Bartholomeius Brugnus jurisdoctor q. Nob.
D.ni Gioachini

D. Joannes eius Frater
Duo tantum

D. Jo: Fran.cus Sbroiavacca q. Nob. D.ni Rizardi
D. Fantinus, et } Fres q. Nob. D. Bernardini de
D. Jo: Bapta } Sbroiavacca
D. Petrus Antonius, et D. Jo: Bapta Fres q. N. D.
Prosdocimi de Sbroiavacca

sunt in totum n.o quinque

D. Rodulphus Melsius iurisdoct. } Fres q. N. Iur.D.
D. Petrus } D. Jo: de Melsis
D. Jo: q. Spectab: Iurisconsult. D. Hieronymi de
Melsis

sunt n.o tres

D. Gregorius Amaseus artiu, ac iurisdoctor q. D.ni Joannis

D. Jacobus

D. Jacobus q. D. Leonardi Amasei
D. Andreas
D. Leonardus } fr(atr)es q.m D. Valentini
D. Franciscus
qui sunt omnes n.o quinque
D. Joannes de Candidis Iurisdoctor
D. Hieronymus } fr(atr)es q.m Nob. D. Nicolai
D. Franciscus
D. Io: Bap(tis)ta q.m Nob. D. Candidi de Candidis
qui omnes sunt n.o quatuor tantum
D. Io: Franciscus Decianus Iurisdoctor q.m S. Nicolai
S. Paulus q.m S. Antonij Deciani
qui sunt n.o duo
D. Hieronymus Sanctoninus Iurisdoct. } fr(atr)es q.m S. Pauli
D. Augustinus
qui sunt n.o duo
D. Franciscus de Maninis
D. Octavianus } fr(atr)es q. Nob. D(omi)ni Bernardini
D. Camillus
D. Nicolaus q. Nob. D. Io: de Maninis
D. Antonius q.m Nob. D. Francisci de Maninis
D. Jacobus q.m Spect. Iurisdoctor. D(omi)ni Francisci de Maninis
D. Joseph q.m Nob. D(omi)ni Nicolai Manini
qui sunt omnes n.o septem

D. Hyppolitus de Valuasono iurisdoctor
D. Leonardus eius frater
qui sunt duo
D. Iacobus Philippus Strittinus iurisdoctor
unus tantum
D. Bartholomeus Manzanus iurisdoct. q. D. Baptae
D. Ioanes eius frater
duo tantum
D. Bertrandus de Minutiis iurisdoct. q. Nob. D. Hieronymi
D. Franciscus eius frater
D. Io. de Minutiis q. Nob. D. Odorici
qui sunt n.o tres tantum
D. Vincentius de Honestis q. Nob. D. Ioanis
D. Raphael
D. Hieronymus
D. Franciscus, et
D. Honestus
} fres
qui sunt n.o quinque
D. Laurentius Ricardus iurisdoct. q. D. Romanelli
D. Alexander
D. Bonaldus
D. Aurelius
D. Arsenius, et D. Ricardinus
} fres
qui sunt n.o sex

D. Vicentius

D. Vecentius Emilianus iurisdoct:
unus tantum

D. Hector de Strassoldo iurisdoctor
D. Io: de Strassoldo iurisdoctor eius fr.
D. Ioan. eius de Strassoldo f. D. Fantubij
D. Christophorus de Strassoldo
qui omnes sunt n.° quatuor

D. Leonardus de Sulbertis artium, ac Medicinę D.r
f. q. S. Sulberti
S. Sulbertus f. q. S. Nicolai de Sulbertis
qui sunt duo tantum

D. Marcus de la Forza artium, ac Medicinę D.r
unus tantum

D. Leonardus Mazeri artium, ac Medicinę D.r
f. q. S. Bartholomei
S. Nicolaus Mazeri eius fr.
qui sunt n.° duo

Quę omnes familię in hac conscriptione conscriptę
sunt tamen viginti quinque, personę vero
earundem tantum septuaginta una

Conscriptio Nobilium Civium incipiendo a senioribus
nunc existentibus in predicto Consilio cum
pari subscriptione singulorum de Familiis eo-
rumdem.

D. Andreas de Montecul[illegible] q[m] N. D. Ioannis

D. Nicolaus q[m] Nob. D. Cresi de Montecul[illegible], et

D. Ioannes eius frater.

Tres tantu

D. Martinus q[m] Nob. Dñi Bartholomei de Valentinis

D. Antonius q[m] Nob. D. Gasparis de Valentinis

D. Augustinus q[m] N. D. Danielis de Valentinis

D. [illegible] q[m] N. D. Arrichi de Valentinis

D. Valentinus eius frater

D. Franciscus olim Nob. Dñi Pauli de Valentinis

qui omnes sunt n[o] sex

D. Nicolaus } fratres olim Nob. Dñi Conrad
D. Antonius } de Brazacho

D. Petrus q[m] Nob. Dñi Sebastiani de Brazacho

D. Ioannes eius frater

D. Andreas de Brazacho q[m] N. D. Francisci

D. Hector q[m] Spect. iurisdoctoris Dettalmi de Brazacho

qui omnes sunt n[o] sex

D. Federicus de Abbatinis q[m] Nob. Dñi Ioannis Danielis

D. Fran[cis]cus de Abbatinis } Fr[atr]es
D. Petrus de Abbatinis }

D. Ioannes q[m] Nob. Dñi Nicolai de Abbatinis

qui omnes sunt n[o] quatuor

D. Petrus

D. Petrus Arcolonianus q. Nob. Dni Gregorii

D. Daniel —
D. Thomas
D. Alexander } Fres q. Nob. D. Gregorii de Arcolloniani

D. Darius —
D. Octavianus } Fres q. N. D. Leonardi de Arcolonianis

D. Antonius
D. Ioannes
D. Hieronymus
D. Bernardinus } Fres q. Nob. Dni Francisci de Arcollonianis

qui omnes sunt n.° decem Vid. x

D. Nicolaus q. Nob. Dni Rizardi Sbrugli

D. Henricus
D. Gaspar } Fres filii q. N. D. Fran.ci Sbrugli

qui sunt n.° tres

D. Nicolaus Brisinus de Tyrico q. N. D. Brisini

unus tantum

